caei quinq tantum libros moysi
recipiebant. prophetarum
uaticinia respuentes.

Stultum ergo erat inde pro
ferre testimonia. quorum auc
toritatem non sequebantur.

Porro ad aeternitatem anima
rum probandam. de mors e
ponit exemplum. ego sum dñs
abraham. & dñs isaac. & dñs iacob.
statimq infert. Dñs autem
mortuorum non est. sed uiuorum.

Vt comprobauerit animas per
manere post mortem. quod
illi inter cetera negabant.

Neq enim poterat fieri. ut eorū
esset dñs quinequaquam subsis
terent: consequenter introdu
ceretur & corporum resurrec
tio. quae cum animabus bona
malaue gesserunt.

Omnes enim uiuunt ei.

Omnes uidelicet illi quorum dñs
est dñs: uiuunt ei. uita utiq
uera. qua iusti uiuunt. & iam
quando corpore moriuntur.

De qua alibi dñs ait. Qui credit
in me. & iam si mortuus fuerit
uiuet. Crede ergo. & si
mortuus fueris uiues.

Si autem non credis. & cum uiuis
mortuus es. Vidua enim
quae in delicis est. uiuens
mortua est. Respondentes
autem quidam scribarum
dixerunt. Magister bene
dixisti. Et amplius non aude
bant eum quicquam interro
gare. Principes sacerdotū
sadducaei & scribae. quaeren
tes occasionem calumniae
& uerbum aliquod inuenire
quod pater & insidiis. quia in
sermonibus confutati sunt.
ultra non interrogant. sed aper
tissime comprehensum roma
ne tradunt potestati.

Ex quo intellegimus uenena
inuidiae. posse quidem supera
ri. sed difficile conquiescere.

IN SCI ANGELI: LEC SCI IUA SEC MATH.

IN illo temp. Accesserunt
discipuli ad ihm dicentes.
Quis putas maior est in regno
caelorum? & aduocans ihs par
uulum. statuit eum in medio
eorum. & dixit. Amen
dico uobis. nisi conuersi fueritis.
& efficiamini sicut paruuli.
non intrabitis in regnum
caelorum. & reliq

SERMO BEATI MAXIMI EPI DE EAD LECTIONE

SIDILIGENTER audistis euangelicam lectionem: intellegere potestis. quia ministris ac sacerdotibus direuerentia debeatur: uel quia ipsos clericos inuicem humilitate se oporteat praeuenire.

Ait enim dns per cunctantibus discipulis. quis eorum in regno caelorum maior esset & futurus statuto coram omnibus puerulo. Quicumq; humiliauerit se sicut puer iste. hic maior erit in regno caelorum.

Vnde intellegimus. quod humilitate peruenitur ad regnum. simplicitate penetratur ad caelum. Quisq; ergo cupit diuinitatis tenere uestigia. humilitatis ima sectetur. Quicumq; uult fratrem praeuenire regnando. prius illum praeuenat obsequendo.

Sicut ait apostolus. honore inuicem praeuenientes.

Vincat eum officius. ut possit uincere sectate. Si enim te non laesit fratris obsequium meretur ut diligas.

Quod si forsitan laesit. magis obsequium meretur ut uincas.

Haec enim nostre xpianitatis summa est. ut amantibus uicissitudinem. laedentibus patientiam rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam: potentior constituetur in regno. Non enim ad imperium caelorum peruenitur superbia. diuitiis. prefectura sed humilitate. paupere. lenitate. Arta enim & angusta uia est. que ducit ad regnum.

XI Quisquis ergo honoribus inflatus fuerit. & auri thesauris dilatatus: tamquam onustum & inpeditum animal. per angustum regni iter transire non poterit. Simul & iam & se aestimat peruenisse sed sarcinam eius exigua porta non capiens. repercussa limine retrorsum redire cogetur.

Tam enim angusta est diuina porta caelestis. quam est camelo acus foramen exiguum

Vnde ait dns. Facilius est
camelum perforamen acus
transire. quam diuitem in
regnum caelorum. Sicut
enim camelum animal tor
tuosum atq; deforme exigua
cauerna preterire nonpatitur.
ita & diuitem auarum atq;
mendacem. arta caeli ianua
minime intrare permittit.
Nam ideo nudi in seculo nascimur.
nudi etiam accedimus ad lauacrum. ut nudi quoq; & expedi
ti ad caeli ianuam properemus.
Quam autem incongruum & ab
surdum est. ut quem nudum
mater genuit. nudum suscipit
ecclesia. diues intrare uelit in
caelum. Propterea ado
lescenti illi diuiti in euangelio
a saluatore dicitur. qui sibi iu
stus uidebatur & scs. & omnia
mandata legis complesse.
Si uis perfectus esse. uende om
nia tua. & da pauperibus.
Vsq; adeo enim. nuda uirtus apta
caelo est. ut quamuis iustus. quā
uis scs. aurum uel diuitias possi
dens. nonpossit esse perfectus.
Talem enim uoluit adulescentē
illum dns ad paradisum redire
qualis adam fuerat depa
radisi sublimitate deiectus.
Nudus enim adam in cola para
disi fuit. deniq; post peccatum
nuditatem suam per uidens.
folio pudenda contexit.
Prius enim quam peccaret. ho
nestatis erat calore uestitus. atq;
ideo nuditatem inhonestam.
nonnatura instituit. sed delicti
reatus inuenit. Nam & sci angeli
insplendidissimo habitu consti
tuti. numquid tunicis operiun
tur & pallēis. sed cum sint in illis
natiuitatis suae nuda substantia.
uestiti uidentur esse quod sci sunt.
Sic igitur & adam custodiens ho
nestatis angelicae dignitatem.
erat quidem nudus mundanis
uestibus. sed in mortalitatis
erat splendore uestitus.
Nil prauum respiciebant eius oculi.
non coreus turpe aliquid cogita
bat. Erat apud honestas
mentes. nuditas ipsa uestita.
Sicut enim apud nequa homines
turpis cogitatio a concupiscen
tia uestibus non arcetur. ita
apud scos uiros. honesta simpli
citas. ad concupiscendum nudi
tate non trahitur. Sed sicut
uitiosis ad corruptelam nuda
sunt omnia. ita religiosis
ad castimoniam operta sunt
uniuersa. Quid autem ait
euangelica lectio. Qui scan
dali zauerit unum de pusillis

XII

istis qui inme credunt · expedit
ei ut suspendatur mola asinaria
in collo eius · & mergatur in pro
fundum maris. Pusillos hic
non aetate pueros · sed malitia
paruulos dicit · Sicut apostolus ait · Malitia paruuli esto
te · ut sensibus perfecti sitis ·
Qui sunt isti · nisi clerici idonei
& monachi religiosi · uel laici ·
Quisq igitur his inreuerens ·
aut contumeliosus extiterit ·
hac beluina poena plectetur ·
ut in formi saxo religato illi ad
collum · praecipitetur in mare ·
Sed uideamus cur scandalizan
tibus xpianos · ista poena decre
ta sit · aut quid sibi uelit ipsa
sententia · Puto enim illam
aliquod misterium continere ·
Quasi uero non sufficeret inma
re homini demergendo · saxum
quale cumq non magnum
aut enorme · sed molę asinarię
lapis ei religetur ad collum ·
ut cum pereuntio homine · pere
at res usui necessaria ·
Sed puto hoc magis esse quod in
scripturis asini figura populus
gentilium nuncupatur · qui
clausis oculis · circa ignorantię
molam · erroris sui gr ro per
trahitur · & sine ulla cursus
directione · uestigiis in se sepe
redeuntibus · in uitus usui labo
rat alieno · Nonne enim
tibi uidetur molam asinariam
uoluere gentilis populus · quam
diu in imperitiae suae lebore
uersatur · Naturę qui
dem uinculis alligatus · ut uerbū
di molat Dnm caeli
quaerat · sed opertae mentis
caecitate suffusus · uultum am
mi erigere ad dm · cordis oculos
leuare non possit ad caelum ·
Sed quomola asinaria saxum
esse constat · uideamus si & pa
ganorum talis est mola ·
Talis est plane · saxea enim mola
est paganorum · iuppiter · hercu
lesq lapideus · circa quos cęcis oculis · frequenti errore circum
eunt · Caecos inquam dixerim
eorum oculos · qui putant se
uidere quod non uident ·
Aspicientes enim saxum · dm se
uidere confidunt · Attamen
qui uoluit molam · consummandi aliquando finem operis habe
exuendi spem gerit laboris ·
Cui uero mola asinaria ad col
lum suspenditur · portat lapi
dem · qui portare debuerat
iugum dni · Asinus ergo
ad molam · caecus ad lapidē ·
gentilis ad saxum · qui adorat
cum quem non uid & nec agnoscit ·

Dſ enim non in manu factis
habitat · nec in metallo · aut
ſaxo cognoſcitur · ⁊ Hic ergo
gentilis populus · cum perſecu
tionem xpiano intulerit · hac
poena plectitur · ut eum ſua ſaeci
lega mola · iudicandi ſae
culi fluctibus demergatur · ⁊

DOM I P SCI ANCELI
LIE SCI IUA SEC MATHEU

IN illo temp · Aſcendens ihs in
nauiculam · tranſfretauit & uenit
in ciuitatem ſuam · ⁊ Et ecce offere
bant ei paralyticum · in lecto iacentem & relq ⁊

XXVIII SIRMO BEATI IOHAN
NIS EPISCOPI DE EADEM
LECTIONE ·

Xpm in humanis ac
tibus diuina geſſiſſe
miſteria · & in rebus
uiſibilibus inuiſibilia
exercuiſſe negotia · lectio ho
dierna monſtrauit · ⁊
Aſcendit inquit in nauiculam
& tranſfretauit · & uenit in ciui
tatem ſuam · ⁊ Non ne ipſe eſt
qui fugatis fluctibus maris pro
funda nudauit · ut iſrahelitica
populus inter ſtupentes undas
ſicco ueſtigio · uelut montium con
caua tranſire & · ⁊ Non ne hic eſt
qui petri pedibus · marinos uerti
ces inclinauit · ut iter liquidum
humanis greſſibus ſolidum
praeberet obſequium · ⁊ Et quid
eſt quod ipſe ſibi maris ſic dene
gat ſeruitutem · ut breuiſſimi
laci tranſitum · ſub mercede nau
tica tranſfretaret · ⁊ Aſcendit
inquit in nauiculam & tranſfre
tauit · ⁊ Et quid mirum fratres ·
xpſ uenit ſuſcipere infirmitates
noſtras · & ſua nobis conferre
remedia ſanitatis ; Quia me
dicus qui non ſert infirmitates
curare neſcit ; & qui non fuerit
cum infirmo infirmatus · infir
mo non poteſt conferre ſanitatem · ⁊
Xpſ ergo ſi in ſuis manſiſſet & uir tuti
bus · commune cum hominibus
nil haberet · ⁊ Et niſi impleſſet
carnis ordinem · carnis in illo
eſſet otiosa ſuſceptio · ⁊ Suſtinuit
ergo has neceſſitates · ut homo
uerus humanis neceſſitatibus
probaretur · ⁊ Aſcendit in naui
culam · ⁊ Xpſ eccleſiae nauem
ſaeculi fluctum ſemper mitiga
turus aſcendit · ut ere dentes
in ſe · ad caeleſtem patriam
tranquilla nauigatione per
ducat · Et municipes ciuita
tis ſuae faciat · quos humanita
tis ſuae fecit eſſe conſortes ·
Non ergo xpſ indiget naui · ſed
naus indiget xpo · quia ſine
caeleſti gubernatore · naus
eccleſie per mundanum pelagus

talia & tanta discrimina · ad
caelestem portum nonualet
peruenire · ⁊ Haec diximus
fratres quantum adintellegen
tiam spiritalem · uerum ipsius
historiae · ordinem persequa
mur · ⁊ Ascendit inquit inna
uiculam · transfretauit & uenit
inciuitatem suam · ⁊ Creator
rerum · orbis dns · postea quam
se propter nos nostra angustia
uit incarne · coepit habere
humanam patriam · coepit
ciuitatis iudaicę esse ciuis · ⁊
Parentes habere coepit · paren
tum omnium ipse parens · ⁊
Vt inuitar & amor · attraher &
caritas · uincir & affectio · sua
der & humanitas · quos fugarat
dominatio · metus disperserat ·
& fecerat ius potestatis extorres · ⁊
Venit inciuitatem suam · & obtu
lerunt ei paraliticum iacentē
inlecto · ⁊ Et uidens inquit
ihs fidem illorum · dixit para
lytico · ⁊ Confide fili · dimit
tuntur tibi peccata tua · ⁊
Audit ueniam · & tacet parali-
ticus · nec ullam respondit
gratiam · quia plus corporis
quam animae tendebat adcu
ram · ⁊ Et temporales erum
nas resoluti corporis sic defle
bat · ut aeternas poenas reso
lutionis animae nondefler & ·
Gratiorem sibi praesentem uitam
iudicans · quam futuram · ⁊
Merito xps offerentium fidem
respicit · & uecordiam respicit
sic iacentis · ut fidei alienae
suffragio · paralytici anima ante
curaretur quam corpus · ⁊
Respiciens inquit fidem illorum ·
Cernitis inhoc loco fratres · dm
non querere insipientium uo
luntates · non expectare igno
rantium fidem · non infirmi
stulta desideria perscrutari ·
sed alterius fidem subuenire ·
Et reuera fratres · quando medi
cus languentium aut quaerit
aut respicit uoluntates · cum
semper contraria desideret
& requirat infirmus · ⁊ Hinc
est quod nunc ferrum · nunc
ignem · nunc amara pocula
ingerit · & apponit inuitis ·
ut curam sani sentiant · quam
sentire non poterant aegro
tantes · ⁊ Et si homo iniurias
despicit · maledicta contemnit ·
ut sauciatis manibus sponte uita
conferat & salutem · quanto ma
gis xps medicus · bonitate diuina
morbis saucios peccatorum ·
& frenesi criminum laborantes ·
ad salutem etiam inuitos ad
trahit & nolentes · ⁊ O si uelimus

fratres. o si uelimus mentis nos
trae omnes paralisin semper
uidere: & animam nostram
uirtutibus destitutam iacere
inuitiorum stratibus cernere
mus: lucet & nobis quemadmo
dum xpus & nostras cotidie
noxias despicit uoluntates. &
ad salutaria nos remedia per
trahit. & per urgu & inuitos.

Fili inquit remittuntur tibi
peccata tua. Haec dicens. dm
se uolebat intellegi: qui per
hominem oculis adhuc latebat
humanis. Virtutibus enim &
signis comparabatur prophetis.
qui per ipsum fecerant & ipsi uir
tutes. Peccatis autem dare ue
niam. quia penes hominem non
est. & est singulare ditatis in
signe. dm illum pectoribus in
serebat humanis. Probat hoc
pharisaicus liuor. Nam cum
dixisse remittuntur tibi peccata.
responderunt pharisaei. Hic
blasphemat. Quis enim
potest dimittere peccata nisi
solus dus. Pharisee. qui scien
do nescis. confitendo negas:
cum testaris inpugnas. fidus est
qui remittit peccata. Cur tibi
xpus dus non est. qui in uno indul
gentiae suae munere. totius
mundi probatur abstulisse
peccata. Ecce inquit agnus
di qui tollit peccata mundi.

Vt autem possis maiora capere
eius diuinitatis insignia: audi
eum pectoris tui penetrasse se
cretum: aspice eum adcogita
tionum tuarum latebras per
uenisse: intellege eum pectoris
tui nudare consilia.

Et cum uidisset inquit ihs cogi
tationes eorum. dixit eis.

Quid cogitatis mala in cordibus
uestris. Quid est facilius di
cere. remittuntur tibi peccata
tua. aut dicere surge & ambula.

Vt autem sciatis quia filius ho
minis potestatem habet di
mittendi peccata. dixit para
lytico. Surge tolle lectum
tuum. & uade in domum tuam.

Et surrexit. & abiit in domum suam.

Scrutator animorum. praeuenit
mentium magna consilia. &
ditatis suae potentiam operis
adtestatione monstrauit.
dum dissipati corporis mem
bra componit. neruos stringit
iungit ossa. complet uiscera:
firmat uirtutem. & gressus
adcursum suscitat inuiuo
cadauere iam sepultos.

Tolle lectum tuum. hoc est por
ta portantem: oneris muta
uices. ut quod fuit infirmitatis

testimonium · sit probatio sa
nitatis. ⁊ Vt lectus doloris tui ·
sit meae curationis indicium ·⁊
ut receptae fortitudinis mag
nitudinem · ponderis asserat
magnitudo. ⁊ Vade in domū
tuam · nex piana fide curatus ·
inuis iudaicae perfidiae
iam moreris.

DOMINICA II POST SCI ANCELI ·

LIC SCI EVA SEC MARCV ·

IN illo temp · Interrogauit unus
describis quia uidebat illos con
quirentes · & uidens quo bene illis
responderet · interrogauit eum
quod esset & primum omnium man
datum · & reliq

Fxc SERMO BEATI IOHAN NIS EPI DE EAD LECTION SECDM MATH ·

ET INTERRO
gauit eum unus legis
doctor · conuenerunt
ut multitudine uin
cerent · quem ratio
ne superare non po
terant. ⁊ Auertitate nudos
se esse professi sunt · qui multi
tudine se armauerunt. ⁊
Dicebant enim apud se. Vnus
loquatur pro omnibus · & omnes
loquamur per unum. ⁊ Vt si
quidem uicerit · omnes uidea
mur uictores · si autem uictus
fuerit · uel solus uideatur con
fusus. ⁊ O pharisaei qui omnia
propter homines cogitatis &
facitis · primum quidem uen
entes cum uno · uincendi estis
per unum. ⁊ Tamen putatis ·
quia uno uicto · homines non
intelleguntur omnes uos esse
uictos. ⁊ Numquid conscientiae
uestrae · non sentiunt se esse
confusas. ⁊ Leuis enim est
consolatio · qui in se ipso con
fusus est · quod ab alius ignoratur.
Magister quod est magnum man
datum in lege. ⁊ Magistrum
uocat · cuius non uult esse discipulus.
Simplicissimus interrogator ·
& maligniissimus insidiator ·
de magno mandato interro
gat · qui nec minimum obseruat.
Ille enim deb & interrogare de
maiore iustitia · qui iam mino
rem conpleuit. ⁊ Onis autem
sic ei respondit · ut interrogati
onis eius fictam conscientiam ·
statim primo responso per tuter &
dicens. ⁊ Diliges dnm dm tuu
in toto corde tuo. ⁊ Idest non sicut
tu qui deuotionem ostendis in
ore · & fraudem meditaris in
corde. ⁊ Magnum autem
& minimum mandatum dici
mus · quantum ad dignitatem

mandatorum · non quantum
ad utilitatem · Alioquin utili
tas omnium mandatorum una
est · Et omnia mandata quae
unum uidentur esse mandatum
ita sibi cohèrent · ut alterum
sine altero esse non possit ·
Vt puta si interrogas te aliquis
medificatione domorum · quae
pars est melior · dicis funda
mentum · Sed quem ammo
dum aedificatio non potest esse
nisi fuerit fundamentum · ita
nec fundamentum esse potest
nisi aedificatio fuerit subsecuta ·
Nec dicitur fundamentum · nisi
sit aedificatio cuius fundamen
tum dicatur · Ergo funda
mentum aedificatione dignius
est · non utilius · sic & caput dig
nius est quam membra · tamen
nec membra sine capite · nec
caput sine membris · Sic dig
niores sunt sacerdotes quam
populus · non tamen utiliores ·
quia nec populus sine sacerdo
tibus · nec sacerdotes sine popu
lo esse possunt · Ita & dignius
est hoc mandatum · diliges
dnm dm tuum ex toto corde
tuo · quam illud non occides non
concupisces · Tamen utilitas
una est · Nam qui diligit dm ·
ille non occidit · aut concupiscit ·

Qui autem occidit aut concu
piscit · non diligit dnm dm
suum · Esse autem minora
mandata dns manifestat
dicens · Siquis unum ex mi
nimis istis mandatis soluerit
& docuerit sic homines · mini
mus uocabitur in regno caelo
rum · Diligis inquit nonti
mes · quia diligere maius est ·
quam timere · Minoratio
enim culturae dī habet timo
rem · perfectio autem dilectio
nem · Dicente iohanne ·
Perfecta dilectio · foras mittit
timorem · Donec enim homo
timet dm · non eum diligit ·
Cum autem diligere coeperit ·
iam non eum tantum modo ti
m& · sed etiam amplius diligit ·
Timere enim seruorum est · dili
gere filiorum · Timor sub ne
cessitate est · dilectio in liberta
te · Qui in timore seruit dō ·
paenam quidem euadit · mer
cedem autem non habet · quia
inuitus fecit bonum propter
timorem · Nonuult ergo dns
ut timeatur ab hominibus quasi
dns · sed ut diligatur quasi pater ·
qui adoptionis spm donauit ho
minibus · Nam si considera
mus ab initio creati hominis
causam · Intellegimus qui ad dns

magis se patrem uoluit esse
hominum quam dñm. ⁊ Non
enim dixit tantummodo faci
am hominem. sed faciamus ho
minem secundum imaginem
& similitudinem nostram. ⁊
Similare autem filiis conuenit
ad patres suos. non etiam seruis
ad dominos suos. ⁊ Quid est dili
gere dñm ex toto corde? ut cor
tuum non sit inclinatum ad
nullius rei dilectionem ampli
us quam dñi. nec delecteris
specie mundi amplius quam dñi. ⁊
Non in honoribus. non in auro. uel
argento. non in possessionibus
aut uineis. non in animalibus
aut mancipiis. non in ornamen
tis. aut uestibus. non in filiis
aut parentibus aut amicis. sed
hec omnia existimes tibi esse
indo. ut pro his omnibus dñm ames. ⁊
Si autem in aliquo horum amor
cordis tui fuerit occupatus. iam
ex toto corde non amas dñm. ⁊
Pro quanta enim parte cor tuu
fuerit ad aliquam rem. pro tan
ta parte minus est ad dñm. ⁊
Ecce siuir habeat uxorem. quo
modo cognoscitur uxoris plena
dilectio. Vxor neminem debet
sapientiorem putare quam uirū
suum. Et si sit alter sapienti
or. tamen illa sapientiorem
esse alterum intellegere non debet.
Vxor neminem fortiorem debet
putare quam uirum suum. ⁊
Et si sit alter fortior. tamen illa
intellegere non debet alterum
fortiorem. ⁊ Vxor neminem debet
formosiorem putare quam uirū
suum. ⁊ Et si sit alter formosi
or. tamen coram oculis eius alter
formosior non debet apparere. ⁊
Perfectum enim odium & perfec
tus amor. rerum iudicium non
cognoscit. ⁊ Vt puta si perfecte
odias aliquem. qualia cumq; fuerint
apud illum. omnia tibi displicent.
siue quae dicit siue quae agit.
& si bona sint tamen tibi mala
uidentur. ⁊ Sic & si perfecte
aliquem amas. quaecumq; sunt
apud eum placent tibi. siue quae
loquitur siue quae agit. & si
mala sunt. tamen tibi bona uide
tur. ⁊ Ergo & uxor siuidens ali
quem dixerit. quam sapiens uir.
utinam uir meus talis esset &
iam amor eius minus hab&
aliquid de perfecto amore. ⁊
Siuidens aliquem dixerit. quam
formosus homo. utinam uir
meus talis esset. iam amor
eius minus habet aliquid de
perfecto amore. ⁊ Et pro
quanta parte amplius aliquid
laudauerit in altero uiro quam

insuo · tanto dilectio eius mi
nor est aduersum suum ·
Sic ergo & anima omnis xpiana quae sponsa est xpi · ita deb&
diligere dm ut nihil sit in mundo
quod amplius amet quam eum ·
Pro quanta autem parte plus
aliquid amauerit · pro tanta
parte minus amat dm · Quid
est in tota anima diligere dm ·
id est certissimum animum
habere in ueritate · & firmum
esse in fide · Alius est enim
amor cordis · & alius amor an
mae · Amor cordis quodam
modo carnalis est · ut etiam
carnaliter dm amemus · quod
facere non possumus · nisi recesse
rimus ab amore mundialium
rerum · Sicut enim casta
mulier quae uirum suum amat
nullum alium amat · si autem alterum
amauerit · iam non amat uirū
suum · Ita & homo si dm amat
mundum non amet · Si autem
mundum amauerit · iam dm
ex corde non amat · Ergo
cordis amor non intellegitur ·
sed sentitur in corde · quia quo
dam modo carnalis est ·
Amor autem non sentitur in cor
de sed intellegitur · quia amor
animae iudicium est ·
Puta didicisti unum dm ex quo
omnia · & unum dm per quem
omnia · Si iterum intellec
tus tuus alicuius doctrine se
ductione per cussus · coeperit
dubitare de substantia di · in
tota anima non diligis dm ·
Item qui putat incantationes
aliquid posse · aut augiria ali
quid intellegere · aut diuina
tiones aliquid nuntiare · ille
non in tota anima diligit dm ·
Qui autem diligit dm · qui omne
bonum credit apud dm · &
omne bonum credit esse dm ·
Extra dm non credit esse bonū ·
qui omnem uirtutem & sapi
entiam · credit esse dm ·
Extra dm neq sapientiam ali
quam esse credit · neq uirtu
tem · Qui credit dm omnia
facere · & sine dō nihil fieri
posse · ille tota mente diligit
dm · Quid est in tota men
te diligere dm · id est ut om
nes sensus tui qui pertinent
ad mentem · dō uacent ·
Cuius intellectus dō ministrat ·
cuius sapientia circa dm est ·
cuius cogitatio ea quae di sunt
tractat · cuius memoria quae
bona sunt recordatur · tota
mente diligit dm · Sicut
ait apostolus · Psallam
spū · psallam & mente ·

Cuius autem aut intellectus
quae sunt dī non intellegit: aut
non secundum dm̄ sapit: aut sci
entia illius uana est. & saecula
ris: aut recordatio eius non est
bona: aut cogitatio displicens dō:
ille non tota mente diligit dm̄.
Hoc est primum & maximum
mandatum. Secundum si
mile huic. diliges proximum
tuum sicut te ipsum.
Videtur xp̄s non ad interrogata
respondere. Ille enim interro
gauit. quod est magnum man
datum: puta dixit. diliges dm̄m.
Si uoluit & alterum mandatum
introducere. debuit minimū
dicere non secundum. Secun
dum autem. ad primum respi
cit. Sed uide quid uoluit
ostendere diliges dm̄m. & pri
mum & magnum est. Diliges
autem proximum magnum
quidem est. primum autem
non est. & ideo dixit simile est.
Considera ergo mysterium qui
est proximus noster xp̄s qui
suscipiens carnem nostram.
factus est proximus nobis.
Sicut in parabola illa xp̄s osten
dit cum dixisset & pharisaeus.
& quis est meus proximus. in
troducit hominem a latron
bus uulneratum. & a sacerdote
despectum. a samaritano autē
receptum qui est ipse xp̄s.
Ergo primum mandatum est.
& magnum dm̄ patrem diligere.
Secundum & simile. filium dī
diligere. idest cognoscere.
Vt autem simpliciter intellega
mus proximum nostrum. om
nem hominem esse fidelem: qui
hominem amat fidelem. simile
est sicut quidm̄ amat. quia
imago dī est homo. Sicut
rex in imagine sua honoratur
uel contemnitur. sic & dī in ho
mine. uel diligitur uel oditur.
Non potest hominem odire. qui
dm̄ amat: nec potest dm̄ amare.
qui hominem odit. Sicut ait
iohannes apostolus. Quidicit
dm̄ se diligere. & non diligit
fratrem suum. mentitur.
Si enim fratrem quem uides
non diligis. dm̄ quem non uides
quomodo potes diligere.
Quis honorat regem & contem
nit imaginem eius. aut quis
honorat imaginem & auctorē
contemnit imaginis. Aut ita
Quō pharisei sciebant quidem
quod esset magnum mandatū
in lege. sed temptantes inter
rogabant: uolens eis ostendere
quia non sufficiebat eis solius
dī patris agnitio ad salutem.

nonsolum dixit · diliges dnm
dn tuum intoto corde tuo · &
intota anima tua : sed addidit ·
diliges proximum tuum sicut
te ipsum · quierat ipse · Alio
quin · si ad solam interrogatio
nem eorum respondisset · suf
ficer & dicere · diliges dnm dn
tuum · & non adderet proximu
tuum sicut te ipsum ·

Secundum quod alibi dicit ·
Haec est uita aeterna · ut cognos
cant te solum uerum dn · &
quem misisti ihm xpm · Et
unde quia non dixit · cognoscer
dnm dn tuu · sed diliges ·

Quo cognoscere unum dn · paene
proprium est humanae naturae ·
diligere autem eum religiosi
cordis & recti · Et quicumq
dilexerit dn ex corde · non est
possibile ut non perueniat ad
filii eius agnitionem · idest
proximi · Ipsa enim dilectio
di quae meo habetur · inlumi
nans eum · prestat ei ducatum
ut post patrem cognoscat &
filium · In his duobus mandatis ·
uniuersa lex pendet & prophete ·

Qui proximum suum diligit · nec
occidit · nec mentitur illi quem
diligit · nec falsum testimoniu
dicit de eo quem diligit · nec con
cupiscit rem illius quem diligit ·
nec mulierem eius inuadit ·

Sicut odium omne malum fug
gerit · sic dilectio omne bonum ·
Vnde ait apostolus · Et fidem
quae per caritatem operatur ·
Aut ita · Quo de patre & filio
omnis prophetarum & legis
predicatio existebat · per quos
prophetas agnoscens quis proxi
mum suum · hoc est filium di ·
ad primum & magnum manda
tum perueniebat · ut diligeret
dnm dn · melius cognoscens
eum per ipsum ·

Fxci

DOM III · P SCI ANCEL ·
SERMO BEATI IOHAN
NIS EPI DE MI
SERICORDIA ·

TRIA SVNT quae in misericor
diae opere optanda
sunt xpiano · ut possit
facere · ut uelit · ut com
pleat · Vt possit idest
ut substantia faciendi non desit ·
Vt uelit · hoc est uoluntas adsit
qua faciat · quia substantia
non deest qua fiat · Tertia est
ut compleat · idest ut quae
possit & uelit · sine dilatione
perficiat · His enim tribus ·
opus tantum tamque preda
rum impleatur · Nam sunt
qui possunt facere · sed nolunt ·

sunt qui uolunt & non possunt
sunt qui & uolunt · & possunt ·
sed differendo non faciunt · ⁊

Ceterum qui potest facere · oret
ut uelit · ⁊ Et qui uult facere ·
oret ut possit · ⁊ Et qui utro q̃ paratus est · det operam
ut misericordiam instanter
efficiat · ne quod uult & potest ·
differendo non compleat · ⁊

Est enim misericordia · salutis
presidium · fidei ornamentum ·
propitiatio peccatorum · ⁊

Haec est quae iustos probat · sc̃os
roborat · dī cultores ostentat · ⁊

Cuius exercitium · laetum efficit
dn̄m · placatum exhibet xp̄m ·
dum cernit subsidiis huiusmodi
foueri pauperem · inopem sub
leuari · ⁊ Haec misericordia
cum a cunctis impleri praecipi
tur · tamen maxime abbis qui
signati sunt ut dent quam acci
piant · tribuant quam sumant ·
donent alis · quam ipsi indige
ant · ⁊ Ceterum non potest
ille misericordiam facere · qui
possessionibus longe lateq̃
diffusis · in confinio alium possi
dere non patitur · ⁊ Dum ter
minos iungit · fines producit ·
calumniatur pauperi · mediocre
premit · uicinum excludit ·
& omnes circum circa positos ·
infestando · ac persequendo ·
depellit · ⁊ Qui non adquirit ·
nisi alius fleuerit · lucra non
condit · nisi alius gemuerit · ⁊

Cui soli bonum est · quod publicū
malum est · dum aut fructus
seruat · aut annonam captat ·
aut inflat pretia · aut fenus
exgerat · dum adquirendi
lucra · per nocendi exquirit in
genia · ⁊ Potest ne talis · mise
ricordiae implere officia ·
cui pupillorum dulcis est gemi
tus · & uiduarum suauis est fletus ·
dum preda huiusmodi pascitur ·
& spolis talium delectatur · ⁊

Qui diues est arca · non merito ·
possessione · non genere · nomine
non dignitate · ⁊ Potest ne
misericordia tangi · aut huma
nitate moueri · cuius auaritiae
nec proprium sufficit · nec modū
imponit alienum · ⁊ Qui & si
pauperi tribuat · hoc magis de
terior · si alii tollit quod alii per
tineat · & esurienti s pane · esuri
entem pascat · & nudum spolis
uestiat alienis · cum scriptum sit · ⁊

Qui offert sacrificium ex substan
tia pauperis · sic est quasi qui
uictim & filium in conspectu
patris sui · ⁊ Ceterum ille uere
est diues · qui indō diues est · ⁊

Qui misericordia opulens · quam

diuitiis· facultates suas cum
pauperibus diuidit·⁊ Qui locu
pletem se dando· magis quam
habendo ostendit·⁊ Qui ad hoc
se meminit habere diuitias·
ut feneretur dō· pascat xp̄m·
uestiat dn̄m·⁊ Qui patrimoni
um suum non ingrato heredi
quaerat relinquere· sed per
pauperes illud xp̄o desideret
commodare·⁊ Qui diuitias
caelo magis quam mundo
commendat·⁊ Qui desiderat
potior esse opere· quam suae
substantiae facultate·⁊ Qui
thesauros suos ad superna trans
mittit· qui ad hoc uiuit ut ope
retur· qui ad hoc operatur· ut
in eternum uiuere mereatur·⁊
Qui uiduarum casibus flectitur·
& pupillorum miseria commo
uetur·⁊ Qui dolentium causam
suscipit· & arrogantiam super
borum addicit·⁊ Ceterum
habere nec facere· misereri posse·
nec uelle· commendatum sibi
de putat· quod per cruciatus
suum ad heredem transmittat·⁊
Nec de suo miser permittitur
tangere· quod post se futuro
cogitur reseruare·⁊
Qui [illegible] sollicitus seruat quam
adquirit· molestius custodit
quam rapuit·⁊ Suspirat enim
uigilans adquirendo· suspirat
dormiens reseruando·⁊
Nec uigiliae laetae· nec somnus
securus· nec dies laetus· nec nox
quieta est·⁊ Discurrit· torque
tur· & gemit· & quasi illi pro
ficiat quod adquirit· sic augere
desiderat· quod alii cum suo
cruciatu relinquat· ut quale
fuerit patrimonii pondus· talis
solitudinis habeatur & cumulus·⁊
Sed dicit e contrario de mediocrib·
aliquis·⁊ Ego misericordiae
instanter implerem officia· ego
inopes pascerem· egenos fouerē·
nudos uestirem· ego paupe
ribus necessaria uictus impen
derem· nec ame manis quisquā
aut sine fructu discederet·
si mihi facultates suppeterent·
diuitiae adessent· copiae redun
darent·⁊ At cum mihi neces
saria desint· cum operandi
facultas necessitate habendi
inter dicitur sit· cur mihi ad
endi sterilitas imputetur·
aut miserendi cessatio succense
tur·⁊ Sed audi quisq; hoc loque
ris· & excusandi causas quas ob
tendis omitte·⁊ Nullus miser
est· nisi qui misereri noluerit·⁊
Quia nec quisquam misereri de
sideans· poterit non habere
quod tribuat·⁊ Nullus petente

pauperem poterit manem
relinquere · nisi qui ei noluerit
commodare. ⁊ Non enim mi
sericordiae definita sunt pretia.
aut nisi quis multum dederit.
acceptabile esse quod datur
non poterit: aut inopes tantū
a quo quam exposcunt · quantū
qui poscuntur dare non possunt. ⁊
aut ex modico multum · aut
de exiguo plurimum dare
quispiam cogitur: cum liben
ter ex modico · modicum ad
tributum · diuina pietas gra
tulatur. ⁊ Denique uidua
heliam ex modico pascit · & id
ipsum quod habuit finiri non
potuit. ⁊ Supprimi uictus
dando non desunt · & diuitum
horrea finiuntur. ⁊ Modicū
olei erogatur nec deficit ·
& peccatorum apothecas.
penuria famis exhaurit. ⁊
Misericordia uiduae seruat ·
quod peccata locupletum ex
terminant. ⁊ Modica diuitis
meciora sunt: & diuitiae · pau
pertate uiduae superantur. ⁊
Ita enim & iustis alimenta non
desunt · ut peccatoribus sub
sidia denegantur. ⁊ Denique
audi dn̄m uocem uiduam in eu
angelio conlaudantem: quae
in dona dī totum quod habuit
misit. ⁊ Amen inquit dico
uobis · uidua ista plus omnibus
fecit. ⁊ Omnes enim isti de eo
quod abundauit illis fecerunt.
haec autem totum quod habuit
misit. ⁊ Laudatur in modico
uidua · & diuitum non laudan
tur oblata. ⁊ Minimum
uiduae · diuitum opulentias
uicit: & uota diuitum · uotum
uiduae superauit. ⁊ Diuites
enim ex multo modicum · uidua
uero ex modico · obtulit totum. ⁊
Vnde dn̄s diuitum & uiduae ope
rationes expendens · non quan
tum quisq; obtulerit · sed de
quanto quis fecerit · singulorum
animos & facultates ostendit ·
& uiduam inopere perfecto
laudauit. ⁊ Certabat enim
animo cum diuitibus uidua:
cum locupletibus pauper: me
diocris cum opulentissimis · fide
ac deuotione certabat: sed uin
cit animo · deuotione superat. ⁊
Denique inuenitur potior · melior
conspicitur: maior omnibus
a iudice pronuntiatur. ⁊
Amen inquit dico uobis · uidua ista
plus omnibus fecit. ⁊ Prouocaris
xp̄iane · prouocaris: & uidua
in certamen deduceris. ⁊
haec enim uidua que praesente
tunc xp̄o certauit · nunc quoq;

pauperem · deuotio facere

cum omnibus certat · Et tamen
nescierunt tale quiuicti sunt ·
quale nunc qui prouocantur
nouerunt · Quare taceant
sterilis · aridi conticescant ·
infructuosi aut mutentur aut
fileant · uidua quod fecit non
didicit · & sterilis cotidie
discunt & non faciunt ·

Quaesiuit uidua quomodo possit
praesentem dnm promereri ·
quaesiuit quomodo possit potior
diuitibus inuenire · inuenit
causam · inuenit consilium ·
ut quam natura fecerat diui
tibus potiorem · Et ne possit
quisquam non habendi excusa
tione purgari · gratuita mise
ricordiae indicuntur officia ·
ut ostendatur dnm etiam
ipsis pauperibus operandi im
posuisse obsequia · Calicem
frigidae prophetae porrigere ·
praemium prophetae pro
mittitur · aegrotum uel con
stitum fratrem incarcere uisi
tare · dnm uisitare est · Sicut
ipse dns dicit · ut possit ex gratuitis
promereri · quidesubstantia
non potest miserari · ut iam
constet proqualitatibus homi
num · misericordiae non debere
cessare officia · ut operantibus
possint praemia dispensari celestia ·

Vt cum coeperint misericordes
expungi · & sterilis condem
nari · & misericors quia miser
tus est gaudeat · & sterilis
poenas quas non sperauit inueniat ·

LEC SCI IVA SEC MATH ·

IN illo temp · Dixit ihs discipulis
suis parabolam hanc · Simile
factum est regnum caelorum · homini
qui seminauit bonum semen in agro suo · & reliq ·

Excii SERMO EX COMMENTAR
BEATI HIERONIMI DE HA
DEM LECTION

ALIam parabolam
proposuit illis
dicens · Simile
factum est regnu
celorum homini
qui seminauit
bonum semen
in agro suo · Cum autem dor
mirent homines · uenit inimi
cus eius & super seminauit
zizania in medio tritici · & reliqua ·

Haec secunda parabola est cum
interpretatione sua non statim
posita · sed inter iectis aliis para
bolis e disserta · hic enim
proponitur · & post ea dimissis
turbis uenitur domum · &
accedunt ad eum discipuli
eius rogantes · dissere nobis
parabolam zizaniorum agri · etrlq ·

Non ergo debemus pre pro pero

intellegendi desiderio · ante
eius notitiam quaerere · quam
adño differatur · ⁊ Tunc dimissis
turbis uenit indomum & acces
serunt adeum discipuli eius
dicentes · ⁊ Dissere nobis parabo
lam zizaniorum agri · ⁊

Dimittit turbas ibi & domum
reuertitur · ut accedant adeū
discipuli · & secreto interrogent ·
quae populus nec merebatur
audire nec poterat · ⁊

Dissere nobis parabolam ziza
niorum · ⁊ Quirespondens · ait ·
Qui seminat bonum semen · est
filius hominis · ⁊ Perspicue ex
posuit · quod ager mundus sit ·
sator · filius hominis · bonum
semen · filii regni · zizania filii
pessimi · zizaniorum sator ·
diabolus · messis · consūmatio
mundi · messores angeli · ⁊

Omnia scandala referuntur
ad zizania · iusti reputantur
in filios regni · ⁊ Ergo ut supra
dixi · quae exposita sunt adño ·
his debemus ac commodare fidem ·

Quae autem tacita & nostrę in
tellegentiae derelicta · per
stringenda sunt breuiter · ⁊

Homines qui dormiunt · magis
tros ecclesiarum intellege · ⁊
seruos patris familiae · ne alios
accipias quam angelos · qui cot
tidie · uident faciem patris · ⁊

Diabolus autem propterea in
micus homo appellatur · quia
dī esse desiuit · ⁊ Et in nono
psalmo · scriptum est deeo · ⁊

Exsurge dne · non confortetur homo · ⁊

Quam obrem · non dormiat qui
ecclesiae praepositus est · ne per
illius neglegentiam · inimicus
homo super seminet zizania ·
hoc est hereticorum dogmata · ⁊

Quod autem dicitur · ne forte
colligentes zizania · eradicetis
simul & frumentum · datur
locus paenitentiae · ⁊ Et mone
mur · ne cito amputemus fratrē ·
quia fieri potest · ut ille qui hodie
noxio depraua tus est dogmate
cras resipiscat · & defendere
incipiat ueritatem · ⁊ Illud
quoq; quod sequitur · sinite
utraq; crescere usq; ad messem ·
uidetur illi praecepto esse
contrarium · auferte malum
de medio uestrum · ⁊ Et ne qua
quam societatem habendam
cum his qui fratres nominentur ·
& sint adulteri ac fornicatores ·

Si enim prohibetur eradicatio
& usq; ad messem tenenda est
patientia · quomodo eiciendi sunt
quidam de medio nostrum ·

Inter triticum · & zizaniam ·
quod nos appellamus lolium ·

quam diu herba est & nec dum
culmus uenit adspicam grandis
similitudo est: & indiscernendo
aut nulla. aut per difficilis
distantia. ⁊ Prae monet ergo
dns neubi quid ambiguum est.
cito sententiam proferamus.
sed dō iudici terminum reserue
mus. ⁊ Et cum dies iudicii uene
rit. ille non suspicionem criminis
sed manifestum reatum de scorum
coetu eiciat. ⁊ Quod autem
dixit zizania orum fasciculos
ignibus tradi. & triticum congre
gari in horrea. manifestum est
hereticos quosq; & hypocritas
fidei. gehennę ignibus concre
mandos. scōs uero qui appellantur
triticum: horreis. Idest mansio
nibus caelestibus suscipi. ⁊
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in
regno patris sui. ⁊ In presenti saeculo
fulg & lux scōrum coram homini
bus. ⁊ Post consumationem autē
mundi. ipsi iusti fulgebunt. sicut
sol in regno patris sui. ⁊

xcm DOM. IIII P' SCI ANGELI.
SERMO BEATI AUG. DE HO
QUOD DNS DIC. SI PEC CAUT
RIT IN TE FRAT TUUS
CORRIPE EUM INTER TE
ET IPSUM SOLUM.

Admon & nos dns dr nr. non negle
gere mutuem nostra peccata. ⁊

Non querendo quid reprehendas.
sed uidendo quid corrigas. ⁊
Quippe dixit acutum oculum
eius adeiciendum festucam
de oculo fratris. quum trabem in
oculo suo non habet. ⁊ Quid autē
hoc sit. breuiter insinuo caritati
uestrae. ⁊ Festuca in oculo ira est. ⁊
Trabis in oculo. odium est. ⁊ Quando
ergo quis odit. reprehendit iras
centem: festucam uult de oculo
fratris tollere: sed a trabe impedi
tur. quam ipse portat in oculo suo. ⁊
Festuca initium trabis est. ⁊
Nam trabis quando nascitur. prius
festuca est. ⁊ Rigando festucam.
perducis ad trabem. ⁊ Alendo
iram malis suspicionibus. per
ducis ad odium. ⁊ Multum
enim inter est inter peccatum
irascentis. & crudelitatem odio
habentis. ⁊ Nam & filius nostris
irascimur. odisse filios quis inue
nitur. ⁊ In ipsis quoq; pecoribus.
mater aliquando bucula. sugen
tem uitulum taedio quodam
auertit irascens. sed uisceribus
amplectitur matris. ⁊ Quasi
tedium facit cum impingit.
quaeritur tamen fide est. ⁊
Nec damus aliter filius disciplinā.
nisi aliquantum irascendo & in
dignando: nec tamen daremus
disciplinam nisi amando. ⁊

Vsque adeo non omnis qui irascitur odit · ut aliquando magis odisse conuincatur · si non irascitur ⁊ Fac enim puerum uelle in aqua fluminis ludere · cuius impetu pertrahit · tu siuideris · & patienter permittis · odisti ⁊ Tua patientia · illius mors est ⁊ Quanto melius irasceris & corrigis · quem non irascendo interire permittis ⁊ Odium ergo ante omnia uitandum est · trabis de oculo eicienda est ⁊ Multum quippe aliud est quando quisq; irascens in aliquo uerbo modum excedit quod postea dolet paenitendo · & aliud est insidias inclusas seruare in corde ⁊ Multum postremo inter haec uerba scripturae · turbatus est prae ira oculus meus ⁊ De illo autem quid dictum est ⁊ Et qui odit fratrem suum homicida est ⁊ Multum interest · inter turbatum oculum & extinctum ⁊ Festuca turbat · trabis extinguit ⁊ Hoc ergo nobis primum persuademus ad quod hodie ammoniti sumus · ut bene facere atq; implere possimus · ante omnia · non odisse ⁊ Tunc enim quando trabis non est in oculo tuo · uides quicquid fuerit in oculo · & uim pateris donec eicias de oculo fratris tui · quod uides nocere oculo fratris tui ⁊ Lumen quod inte est · non te permittit neglegere lumen fratris tui ⁊ Nam si odisti & uis corrigere · quomodo emendas lumen · qui perdidisti lumen ⁊ Dixit enim & hoc eadem scriptura ubi scriptum est · qui odit fratrem suum homicida est ⁊ Qui odit fratrem suum inquit · in tenebris est usq; adhuc ⁊ Odium tenebrae sunt ⁊ Non potest autem fieri · ut qui odit alterum · non sibi prius noceat ⁊ Illum autem ledere conatur extrinsecus · se uastat intrinsecus ⁊ Quanto autem animus noster corpore est maior · tanto ei prospicere debemus · ne ipse ledatur ⁊ Laedit autem animum suum · qui odit alterum ⁊ Et quid facturus est ei quem odit ? quid facturus ? tollit pecuniam · numquid fidem ? ⁊ Laedit famam · numquid conscienciam ? ⁊ Quicquid noc & foris secus · nocet sibi ⁊ Attende quid noceat · Intus enim sibi ipsi inimicus est · qui odit alterum ⁊ Sed quia non sentit quid sibi malifaciat · in alterum seuit · Eo periculosius uiuit · quo non

sentit quid secum mali agit.
qui seuiendo & sensum perdidit.
Si euis ti in inimicum tuum. te seu
ente ille nudus est. tu iniquus
es. Multum inter est. inter
nudum & iniquum.* Ille per
didit rem perituram. tu factus
es perituru s. Ideo debemus a
modo corripere. non nocendi
auiditate. sed studio corrigendi.
Tales si fuerimus. optime facimus.
qd hodie ammoniti sumus.
Si peccauerit inte frater tuus.
corripe illum. aut inter te &
ipsum solum. Quare illum
corripis. quia ate dolet quod
peccauerit inte. absit.
Si amore tuo id facis. nihil facis.
Si amore illius facis. optime
facis. Oeniq; ipsis uerbis ad
tende. cuius amore id facere
debeas. utrum tui. an illius.
Si te audierit inquit. lucratus es
fratrem tuum. Ergo propter
illum fac. ut lucreris illum.
Si faciendo lucraris. nisi fecisses
penitteres. Quid est ergo quod
pleriq; homines ista peccata
contempnunt & dicunt. & quid
magnum feci. in hominem
peccaui. Noli contemnere.
in hominem peccasti. uis nosse
quia non in hominem peccando
peristi. Ste ille inquem

* Ille perdidit pecuniam. tu innocentiam.
Quaere quis grauiore damno prior percussus est.

peccasti corripuerit inter te
& ipsum solum & audieris illum
lucratus est te. Quid est
lucratus est te. quia perieras
si non lucraretur te. Nam
si non perieras. quomodo te
lucratus est. nemo ergo con
temnat quando peccat in
fratrem. Ait enim quodam
loco apostolus. Sic autem
peccantes in fratres. & per
cutientes conscientiam eorum
infirmam. in xpo peccatis.
Ideo membra xpi omnes facti
sumus. Quomodo non peccas
in xpm. qui peccas in membrum
xpi. nemo ergo dicat quia non
peccaui in dm. sed peccaui in fra
trem. In hominem peccaui.
Leue peccatum est. uel nullum
peccatum est. Forte inde debes
dicere leuius. quia cito curatur.
Peccasti in fratrem. fac satis &
sanatus es. Cito fecisti rem
mortiferam. sed remedium
cito inuenisti. Quis nostru
speret regnum caelorum fra
tres mei. quando dicit euange
lium. qui dixerit fratri suo
fatue. reus erit gehennae ignis.
Magnus terror. sed uide ibi reme
dium. Si obtuleris munus
tuum ad altare. & ibi recorda
tus fueris quia frater tuus habet

aliquid aduersum te · relinq
ibi munus tuum ante altare ·

Non nascitur dñs quia differs munus
tuum · tequerit dñs · magis quam
munus tuum · Nam si malum
animum geris aduersum fratrē
tuum · & adueneris cummune
re addm̄ tuum · respondet tibi ·

Tu peristi · mihi quid adtulisti
offerens munus tuum · & tu non
es dñi munus · Plus querit xps
quem redemit sanguine suo ·
quam quod tu inuenisti debor
reo tuo · Ergo relinq ibi
inquit munus tuum ante altare ·
& uade prius reconciliare fra
tri tuo · & sic uem & offer munus
tuum · Ecce ille reatus
gehennae quam cito solutus
est · nondum reconciliatus ·
reus erat gehennae · reconcili
atus securus offers munus tuū
ad altare · Homines autem
faciles sunt ad inrogandas
iniurias · & difficiles ad con
cordiam requirendam ·

Pete inquit ueniam ab homine
quem offendisti · ab homine
quem lesisti · Respondet · non
me humiliabo · Vel dñm tuū
audi · si fratrem tuum contem
nis · Qui se humiliat exalta
bitur · Non uis te humiliare ·
qui cecidisti · & non uis surgere ·

Multum inter est inter se hu
miliantem & interra iacentē ·
Iam iacet · & humiliare te non uis ·
bene diceres · nolo descendere ·
si noluisses ruere · Hic ergo
debet facere qui fecit iniuriā ·
Qui autem passus est · quid debet ·
quod audiuimus hodie · si pecca
uerit inte frater tuus · corripe
eum inter te & ipsum solum ·
Si neglexeris · peior es · Ille in
iuriam fecit · & iniuriam faci
endo grauiseipsum uulnere
percussit · tu uulnus fratris con
temnis · tu eum uides perire
uel periisse · & neglegis · peior
es tacendo · quam ille conuici
ando · Quando ergo in nos
aliquis peccat · habeamus
magnam curam non pro nobis ·
nam gloriosum est iniurias
obliuisci · Sed obliuiscere
iniuriam tuam · non uulnus
fratris tui · Ergo corripe
inter te & ipsum solum ·

Instans correctioni parcens
pudori · Forte enim prae
uerecundia incipit defendere
peccatum suum · & qui uis facere
correctiorem · facis peiorem ·

Corripe ergo inter te & ipsum
solum · Si te audierit · lucra
tus es fratrem tuum · Quia
perierat nisi faceres ·

Si autem te non audierit · id est
peccatum suum quasi iustitiā
defenderit · adhibe illi duos
uel tres · ⁊ Quia more duorū
uel trium testium · stabit
omne uerbum · ⁊ Si nec ipsos
audierit refer ecclesiae · ⁊
Si nec ecclesiam audierit · sit
tibi tamquam ethnicus &
publicanus · ⁊ Iam noli illum
deputare in numero fratrum
tuorum · nec ideo tamen salus
eius neglegenda est · ⁊ Nam
& ipsos ethnicos id est gentiles
& paganos · in numero quidem
fratrum non deputamus · sed
tamen eorum salutem semp
inquirimus · ⁊ Hoc ergo audi
uimus dnm ita monentem ·
tanta cura praecipientem ·
ut haec etiam adderet con
tinuo · ⁊ Amen dico uobis ·
quaecumq; ligaueritis in terra
ligata erunt & in caelo · ⁊ ✠
Coepisti habere fratrem tuum
tamquam publicanum · ligasti
illum in terra · sed ut iuste
habeas uide · ⁊ Nam iniusta
uincula disrumpet iustitia · ⁊
Cum autem correxeris & con
cordaueris cum fratre tuo ·
soluisti illum in terra · ⁊ Cum
solueris in terra · solutus erit
& in caelo · ⁊ Multum praestas
✠ Et quaecumq; solueritis in terra · soluta
erunt & in caelo · ⁊

non tibi sed illi · quia multum
nocuit non tibi sed sibi · ⁊ Haec
cum ita sint · quid est quod hodie
ex alia lectione primitus audi
uimus · innuens oculis cum dolo ·
congregat hominibus mesti
tiam · qui arguit palam pacem
facit · ⁊ Quomodo corripe
illum inter te & ipsum solum ·
metuendum est ne sibi con
traria sint praecepta diuina ·
Absit · ⁊ Si enim nos intelle
ganus · & summa ibi concor
dia est · non quem admodum
quidam uani sapiamus · ⁊
Sacrilega enim est illa senten
tia · ⁊ Homines errantes opi
nantur contraria sibi esse
duo testamenta · in libris
ueteribus & nouis · ut ideo pu
temus hoc esse contrariū ·
quō illud est in salomonis
libro · hoc in euangelio · ⁊
Aliquis enim imperitus & ca
lumniator diuinarum
scripturarum · si sibi oppone
ret contraria ista & diceret ·
ecce non sibi non cordant
duo testamenta · ⁊ Dnis dicit · ⁊
Corripe illum inter te & ipsū
solum · ⁊ Salomon dicit · ⁊
Quiarguit palam pacem facit · ⁊
Nescit dnis quid praecepit ⁊
salomon · uult contundi frontem

peccantes. xpc parcit pudori
erubescentes. Ibi enim scrip
tum est. qui arguit palam
pacem facit. Hic autem
corripe illum inter te & ipsu
solum. non palam sed secreto
& in occulto. Vis nosse
quisquis talia cogitas. non sibi
repugnare duo testamenta.
quia illud in libro salomonis.
hoc in euangelio reperitur.
Apostolum audi. Certe
apostolus. minister est noui
testamenti. Audi ergo
apostolum paulum timotheo
praecipientem & dicentem.
Peccantem coram omnibus
argue. ut & ceteri timorem
habeant. Iam non salomonis
liber cum euangelio. sed pauli
apostoli epostola uidetur
confligere. Salomone
enim paulolum sine iniuria
reponamus. Xpm dnm.
& paulum seruum eius audia
mus. Quid dicis dne.
Si peccauerit in te frater tuus.
corripe illum inter te & ipsu
solum. Quid dicis apostole.
Peccantes coram omnibus argue.
ut & ceteri timorem habeant.
Quid facimus controuersiam
istam. uelut iudices audiamus.
absit. Immo sub iudice con
stituti pulsemus. ut nobis
aperiri impetremus.
Fugiamus sub alas dni di nostri.
Apostolo suo contraria non locu
tus est. quia & in illo ipse locu
tus est. sicut dicit. An uultis
experimentum eius accipere
qui in me loquitur. xpc. In
euangelio xpc. In apostolo xpc.
Ergo utrumq dixit. Vnum ore
suo. alterum ore praeconis sui.
Quia quando praeco de tribunali
aliquid dicit. non scribitur in
gestis. praeco dixit. sed ille dixisse
scribitur. qui praeconi quod
diceret imperauit. Duo ergo
ista praecepta fratres sic audia
mus. ut nos intellegamus. in
ter utraq praecepta. Pacem
constituamus. cum corde
nostro nos concordemus. &
scriptura sca in nulla parte
discordat. Verum est om
nino utrumq uerum est.
sed discernere debemus. ali
quando illud. aliquando illud
faciendum esse. Aliquando
corripiendum fratrem inter
te & ipsum solum. aliquando
corripiendum coram omnib
ut ceteri timorem habeant.
Si aliquando illud. aliquando
illud fecerimus. concordiam
scripturarum tenebimus.

&infaciendo atq; obtempe
rando nonerrabimus.
Seddicit aliquis. quando facio
hoc. quando illud. netunc
corripiam inter me &ipsum
solum. quando debeo coram
omnibus corripere. Cito
uidebit caritas uestra quid
quando facere debeamus. sed
utinam facere pigri nonsimus.
Intendite. &uidete. sipeccaue
rit inquit inte frater tuus.
corripe eum inter te &ipsum
solum. Quare. Quia inte
peccauit. Quidest inte pec
cauit. Tuscis quia peccauit.
Quia enim secretum fuit
quando inte peccauit. secretum
quaere cum corrigis quodpec
cauit. Nam si solus nosti
quia peccauit inte. &eumuis
coram omnibus arguere. non
es corrector sedproditor.
Adtende quemadmodum ioseph
uir iustus tanto flagitio quod
de uxore fuerat suspicatus.
tanta benignitate pepercerit.
ante quam sciret unde illa
conciperet. Quia grauidam
senserat. &se adillam non ac
cessisse nouerat: Restabat
itaq; certa adulterii suspicio.
&tamen quia ipse solus sense
rat. ipse solus sciebat. quid
deillo aut euangelium.
Ioseph autem cumesset uir
iustus. &nollet eam diuulgare.
mariti dolum secretum non
uindictam quaesiuit. Voluit
prodesse peccanti. nonpunire
peccantem. Cum inquit
nollet eam diuulgare. uoluit
eamocculte dimittere.
Haec eo cogitante. ecce angelus
dni apparuit. insomnis. &in
dicauit quidesset. quianon
uiolauerat uiri torum. quae
sco spu conceperat dnm ambo
rum. Peccauit ergo inte
frater tuus. Situ solus nosti.
tunc uere inte solum peccauit.
Nam simultis audientibus tibi
facit iniuriam. &inillos pec
cauit quos testes suae iniqui
tatis effecit. Dico enim fra
tres carissimi. quod &uos ipsi
inuobis ipsis potestis agnoscere.
quando me audiente fratri
meo quisquis facit iniuriam.
absit utame illam iniuriam
alienam putem. Prorsus
&mihi fecit. Immo mihi
plus fecit. cuiputauit plec
cere quod fecit. Ergo coram
omnibus quae peccantur.
coram omnibus corripienda
sunt. Secretius quaepec
cantur. secretius corripiantur.

Distribute tempora & concordat scriptura. Sic agamus. & sic agendum est. non solum quando in nos peccatur. sed quando peccatur a aliquo ut a altero nesciatur. Insecreto debemus corripere. insecreto arguere. ne uolentes publice arguere. proda mus hominem. Nos poli mus corripere & corrigere. quid si inimicus quaerit audire quod puniat. Nescio quem homicidam nouit episcopus. & alius illum nemo nouit.

Ego uolo publice corripere. & tu quaeris inscribere.

Prorsus nec prodo nec neglego.

Corripio insecreto. pono ante oculos di iudicium. terreo cruentam conscientiam. persuadeo paenitentiam. hac caritate praediti esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos. quod quasi non corripiamus.

Aut putant nos scire quod nescimus. aut putant nos tacere si scimus. Forte quod scis. & ego scio. Sed non coram te corripio. quia curare uolo non accusare.

Sunt homines adulteri. in domibus suis insecreto peccant. aliquando nobis produntur a uxoribus suis plerumq; zelantibus. aliquando maritorum salutem cupientibus.

Nos non prodimus. sed insecreto arguimus. Vbi contigit malum. ibi moriatur.

Non tamen uulnus illud neglegimus. ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto. sauciamq; geremi conscientiam. illud uulnus esse mortiferum. Quod aliquando qui committunt. nescio qua peruersitate contemnunt. & nescio ubi sibi testimonia nulla & uana conquirunt dicentes. Peccata carnis dñ non curat. Vbi est quod hodie audiuimus. fornicatores & adulteros. iudicabit dñs.

Ecce quod adtende. quisquis tali morbo laboras. Quod dicit dñ audi. non quod dicit fauens peccatis tuis animus tuus. aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus. uel potius inimicus & tuus & suus.

Honorabiles inquit nuptiae in omnibus. & torus immaculatus.

Fornicatores autem & adulteros iudicabit dñs. Times ne te miserit inimicus. & non times ne te iudicet dñs. Vbi est fides.

Audi ergo quod dicit dñs.

Time cum est quando timeas. ⁊
Longe est dies dni iudicii. sed uniuscuiusq; hominis dies ultimus longe esse non potest. quia breuis est uita. & quia ipsa breuitas semper incerta. ⁊
Quando dies ultimos tuos nescis. corrige te hodie propter cras. ⁊
Prosit tibi & modo & in secreto correctio. ⁊ Palam enim loquor. & in secreto arguo. ⁊ Aures omnium pulso. sed conscientias quorundam conuenio. ⁊ Si dicerem tu adulter corrige te. primo forte dicerem quod nescirem. forte quod temere audire suspicarer. ⁊ Non dico tu adulter corrige te. sed quisquis in hoc populo adulter es corrige te. ⁊ Publica est correptio. sed secreta correctio. ⁊ Scio quia ille qui timuerit corriget se. non dic & in corde suo. peccata carnis non curat ds. ⁊ Nescitis inquit quia templum di estis. & sps di habitat in uobis. ⁊
Quisquis templum di corrupe rit. corrumpet illum ds. ⁊
Nemo se fallat. ⁊ Sed forte aliquis ait. templum di. animus meus est. non corpus meum. ⁊ Adici & etiam testimonium. omnis caro fenum. & claritas eius sicut flos feni. ⁊
Infelix interpretatio. punienda cogitatio. ⁊ Fenum dicta est caro. quia moritur. sed quod ad tempus moritur. non resurgat cum crimine. ⁊ Vis nosse apertam etiam in de sententiam. ⁊ Nescitis inquit idem apostolus. nescitis quia corpora uestra templum in uobis est sps sci. quem habetis a do. ⁊ Contemnebas corporale peccatum. contemnis quod peccas in templum. ipsu corpus tuum templum in te est sps sci di. ⁊ Iam uide quod facias de templo di. ⁊ Si eligeres in ecclesia facere adulterium intra istos parietes. quid te esset sceleratius. ⁊
Modo tu ipse templum di. templum intras. templum exis. templum in domo tua manes. templum surgens.
Vide quid agas. uide ne offendas templi habitorem. ne deserat te. & in ruinam uertaris. ⁊
Nescitis inquit quia corpora uestra. & hoc de fornicatione loquebatur apostolus. ne contempnerent corporalia peccata. templum in uobis est sps sci. quem habetis a do. & non estis uestri. ⁊

Empti enim estis pretio magno.
Si contemnis corpus tuum · con
sidera pretium tuum · ⁊ Scio
&ego · &mecum omnis homo
qui paulo attentius consideraverit · neminem dm̄ tamen
tem sub verbis eius non se cor
rigere · nisi qui se putat quia
plus hab& uuere · ⁊ Ipsa res
est quae multos occidit · dum
dicunt · crac̄ras · ⁊ Subito &os
tium clauditur · remansit
foris cum voce coruina · quia
non habuit gemitum columbi
num · ⁊ Cras cras · coruina
vox est · ⁊ Geme ut columbus
&tunde pectus · sed plagas tibi
dando in pectus · cesus correctus
esto · ne videaris conscientiam
non cedere · sed malam consci
entiam pugnis paulimentare
solidiorem reddere · non cor
rectiorem · ⁊ Geme non m
am gemitu · for te enim
dicis tibi · promisit mihi dn̄s
indulgentiam · quando me
correxero · ⁊ Securus sum ·
lego diuinam scripturam ·
iniquus in qua die conuersus
fuerit ab iniquitatibus suis
& fecerit iustitiam · omnes
iniquitates eius obliuiscar ·
Securus sum · quando me cor
rexero · dat mihi ds̄ indulgen
tiam de malis meis · ⁊ Et quid
ergo · ⁊ Dicturus sum do
noli illi dare indulgentiam ·
dicturus sum hoc scriptum
non esse · hoc dm̄ non promisis
se · ⁊ Si ista dixero · omnia falsa
dico · ⁊ Bene · dicis · uerum dicis · ⁊
Indulgentiam correctionis
tuae promisit ds̄ · negare
non possum · ⁊ Sed dic mihi
rogo te · ecce ego consentio tibi ·
&concedo · &cognosco · quia
indulgentiam ds̄ promisit tibi ·
Crastinum diem quis tibi pro
misit · ⁊ Vbi mihi legis indul
gentiam te acceptarum · si
correxeris · Lege mihi
quantum uiturus sis · ⁊ Non
lego inquis · ⁊ Nescis ergo
quantum uiturus sis · esto
correctus &semper paratus · ⁊
Noli timere diem ultimum
tanquam furem · qui dormi
enti effodiat parietem · sed
uigila corrige hodie · quod dif
fers in crastinum · ⁊ Longa
uita erit · ipsa longa bona
sit · ⁊ Prandium bonum
longum nemo fert · &uitam
malam · longam uis habere ·
Vtq; si longa est · melius bona
erit · ⁊ Si mala · breuis sit ·
Bene factum est ut bona pro
ducerentur · ⁊ Sic autem

homines neglegunt uitam
suam · & nolunt habere
malum · nisi ipsam uitam · ⁊
Villam emis · bonam quaeris · ⁊
Vxorem uis ducere · bonam
eligis · ⁊ Filios uis tibi nasci ·
bonos optas · ⁊ Caligas locas ·
& nonuis malas · ⁊ Et uitam
amas tu malam · ⁊ Vt inter
omnia bona tua · solus sis
malus · ⁊ Ergo fratres mei
si aliquem uestrum uellem
in parte corripere · forte
audisset me · ⁊ Multos uestrū
me
publice corripio · omnes male
laudant · ⁊ Laudat me aliquis ·
non amo In uoce laudatorem ·
& in corde contemptorem · ⁊
Cum enim laudas & non te
corrigis · [illegible] contra te
testis es · si malus es · & quod
dico placet & tibi · displicet & tibi · ⁊
Quia si malus displicueris tibi ·
correctus placebis tibi · ⁊
Quod nudius tertius nisi fal
lor dixi · In omnibus uerbis
meis speculum propono · ⁊
Nec mea ista uerba sunt · sed
dñio iubente loquor · quo ter
rente non taceo · ⁊ Nam
quis non legent tacere · & ra
tionem de uobis non reddere · ⁊
Sed iam suscepimus onus
quod a humeris nostris excutere
non possumus · nec debemus · ⁊
Audistis fratres mei cum epistola
ad hebreos legeretur · ⁊ O boe
dite praepositis uestris & sub
diti estote quia ipsi uigilant
pro animabus uestris · tanquā
rationem reddituri pro uobis ·
ut cum gaudio hoc faciant ·
& non cum tristitia · ⁊ Non
enim expedit uobis · ⁊ Quando
facimus ista cum gaudio · C
quando uidemus hominem
proficere in uerbis · ⁊ Quan
do cum gaudio laborat ope
rarius in agro · Quando ad
tendit arborem & fructum
uidet · ⁊ Quando adtendit
segetem & fluere prospicit
ubertatem · non sine causa
frigus & aestus tolerauit · ⁊
hoc est quod ait · Vt cum
gaudio hoc faciant · & non
cum tristitia · ⁊ Non enim
expedit uobis · ⁊ Numquid
dixit non illis expedit · sed
dixit · non expedit uobis · ⁊
Nam illi prepositi quando
contristantur de malis uestris ·
expedit illis ipsa tristitia
ac prodest · sed non expedit
uobis · ⁊ Simul in dominico
agro bonum operemur · ut
simul de mercede gaudeam ·

LEC SCI IVA SEC MATH

IN illo temp. Dixit ihs discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum caelorum homini regi. qui voluit rationem ponere cum seruis suis. &reliq.

Xcum

SERMO BEATI HIERONIMI EXCOMMENTARIO DE EADEM LECTIONE.

Ideo adsimilatum est regnũ caelorum homini regi. qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Familiare est sirris & maxime palestinis. ad omnem sermonem suum parabolas iungere. ut qd per simplex praeceptum teneri ab auditoribus non potest. per similitudinem exemplaq teneatur. Precepit itaq petro sub conparatione regis. & dñi & serui. qui debitor decem miliium talentorum ad ño rogans ueniam inpetrauerat. ut ipse quoq dimittat con seruis suis minora peccantibus.

Si enim ille rex & dñs seruo debitori decem milium talentorum tam facile dimisit. quanto magis serui conseruis suis debent minora dimittere.

Quod ut manifestius fiat dicamus sub exemplo. Si quis nostrum commiserit adulterium. homicidium. sacrilegium. maiora crimina. decem milia talentorum rogantibus dimittuntur. si & ipsi dimittam? minora peccantibus. Si autem obfactam contumeliam simus implacabiles. & propter amarius uerbum perpetes habeamus discordias. nonne nobis uidemur recte redigendi in carcerem. & sub exemplo operis nostri hoc agere. ut maiorum nobis delictorum uenia non relaxetur.

Oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta.

Scio quosdam istum qui debebat decem milia talentorum diabolum interpretari.

Cuius uxorem [redacted] & filios uenundandos. per [redacted] seuerante illo in malitia. in sipientiam & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut enim iusti uxor dicitur sapientia. sic & uxorem iniusti & peccatoris appellari stultitiam. Sed quo modo ei dimittat dñs decem milia talenta & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit. nec ecclesiasticae interpretationis est. nec apru dentibus uiris recipiendae.

Sic & pater meus caelestis faciet uobis. si non remiseritis unus

quisq fratri suo decordibus
uestris. ⁊ Formi dolosa senten
tia. si iuxta nostram mentem
sententia di flectitur. atq
mutatur. si parua fratribus
nondimittimus. magna nobis
ado nondimittuntur. ⁊ Et quia
potest unusquisq dicere. nihil
habeo contra eum. ipse nouit.
hab& dn iudicem. ⁊ Non mihi
cur est quid uelit agere. ego
ignoui ei. ⁊ Confirmat senten
tiam suam. & omnem simula
tionem fictae pacis euertit
dicens. ⁊ Si non remiseritis
unusquisq fratri suo decordi
bus uestris. ⁊

AB HINC SERMO BEATI
GREGORII PAPAE :

Sed inter haec sciendum est.
quia ille recte delicti sui uenia
postulat. qui prius hoc quod
meo delinquitur relaxat. ⁊
Munus enim non accipitur. nisi
ante discordia ab animo pella
tur. dicente ueritate. ⁊ Si offers
munus tuum ad altare. & re
cordatus fueris quia hab&
aliquid aduersus te frater tuus.
relinque ibi munus tuu ante
altare. & uade prius recon
ciliare fratri tuo. & tunc uem
ens offeres munus tuum. ⁊
Qua re pensandum est. cum
omnis culpa munere soluatur.
quam grauis est culpa discor
diae. pro qua nec munus accipi
tur. ⁊ Debemus itaq ad proxi
mum quamuis longe positum
longeq disiunctum. mente
re. et animum subdere. humi
litate illum ac benuolentia
placare. ⁊ Scilic& conditor
noster. dum tale placitum
nostre mentis aspexerit. a peccato
nos soluit. quia munus pro culpa
sumit. ⁊ Veritatis autem uoce
adtestante didicimus. quia ser
uus quidecem milia talenta
debebat. cum paenitentiam
ager&. absolutionem debiti
ad no accepit. ⁊ Sed quia con
seruo suo centum sibi denarios
debenti debitum nondimisit.
& hoc est iussus exigi. quod ei
fuerat iam dimissum. ⁊
Ex quibus uidelic& dictis constat.
quia si hoc quod in nos delinqui
tur. ex corde nondimittimus.
& illud rursus a nobis exigitur.
quod nobis iam per paeniten
tiam dimissum fuisse gaude
bamus. ⁊ Igitur per indulti
temporis spatium. lic& dum
iudex sustinet. dum conuer
sionem nostram usque ad culpas
examinat expectat. Con
flemus in lacrimis. durtiam

mentis · formemus inproxi
mis gratiam benignitatis ·
Et fidenter dico quia salutari
hostia post mortem non in
digebimus · siante mortem
dō hostia ipsi fuerimus ·

DOM · V · POST SCI ANCELI :

LEC SCI IVA SEC MATH ·

IN illo temp · Abeuntes pha
risaei · consilium inierunt ·
ut caperent eum in sermone · &c

SERMO VENERABILIS BEDAE PRBI SECDM IVLVC DEEADEM LECTIONE ·

TOBSER
uantes mise
runt insidia
tores qui se
iustos simula
rent · ut cape
rent eum in sermone · & tra
derent eum principatui · &
potestati praesidis · Que
rentes dnm comprehendere
principes sacerdotum & scri
be · timuerunt populum · atq
ideo quod per se non poterant ·
praesidis manibus efficere
temptabant · ut uelut ipsi
a morte eius uiderentur im
munes · Nuper enim sub
cesare augusto iudaea sub
iecta romanis · quando in toto
orbe est caelebrata descrip
tio · stipendiaria facta fuerat ·
Et erat In populo magna
seditio · dicentibus aliis prose
curitate & quiete quaromani
pro omnibus militarent ·
debere tributa persolui ·
Pharisaeis uero qui sibi adplau
debant de iustitia · econtrario
nitentibus · non debere poplū
di qui decimas soluerē &
primitiua daret · & cetera
quae in lege scripta sunt · hu
manis legibus subiacere ·
Cuius seditionis adeo fomes
inualuit · ut post dnī passio
nem insistentibus sibi roma
nis · patriam · gentem · & reg
num · nobile illud cum sua
religione templum · Immo
ipsam lucem perdere · quā
tributa pendere maluerunt ·
Et interrogauerunt illum
dicentes · Magister scimus
quia recte dicis & doces · & non
accipis personam · sed in uerita
te uiam dī doces · licet nobis dare
tributum caesari annonī ·
Blanda & fraudulenta inter
rogatio · Illuc prouocat respon
dentem · ut magis dm quam
caesarem timeat · & dicat ·
non debere tributa solui · ut

statim audientes ministri
praesidis · qui iuxta alios eu
angelistas adfuisse leguntur:
seditionis contra romanos
principem teneant. ⁊ Con
siderans autem dolum illorum
dixit adeos. ⁊ Quid me temp
tatis. ⁊ Ostendite mihi denariū.
cuius habet imaginem · & in
scriptionem. ⁊ Sapientia semp
sapienter agit · ut suis potis
simum temptatores sermo
nibus confutentur. ⁊

Ostendite mihi inquit denariū. ⁊
hoc est genus nummi · quod pro
decem nummis imputabatur.
& habebat imaginem caesaris
Qui autem putant interrogati
onem saluatoris ignoranti
am esse & non dispensatio
nem · discant ex praesenti
loco: quod utiq; potuerit scire
ihs cuius imago est & in num
mo · sed interrogat · ut ad
sermonem eorum competen
ter respondeat. ⁊

Respondentes dixerunt. ⁊ Cae
saris. ⁊ Et tait illis. ⁊ Reddite
ergo quae sunt caesaris caesari ·
& quae sunt di dō. ⁊ Caesarem
non putemus augustum sedti
berium significari primum
eius qui in locum successerat
uitrici · sub quo & passus est
dnis. ⁊ Omnes autem reges
romani · a primo gaio caesare ·
qui imperium arripuerat ·
caesares appellati sunt. ⁊

Porro quod ait · reddite quae sunt
caesaris caesari. Id est nummū ·
tributum · & pecuniam. ⁊ Et
quae sunt dei dō · decimas pri
micias · oblationes · ac uictimas
sentiamus. ⁊ Quomodo & ipse
reddit tributa pro se & petro ·
& dō reddit quae di sunt · patris
facienis uoluntatem. ⁊ Aliter ·
reddite quae caesaris sunt caesari ·
& quae di sunt dō. ⁊ Quem ad
modum caesar · a uobis exigit
Inpressionem imaginis suae ·
sic & dis. ⁊ Vt quem admodū
illi redditur nūmus · sic dō
anima · lumine uultus eius
Inlustrata atq; signata. ⁊

Vnde psalmista · signatum est
inquit in nobis lumen uultus
tui dne. ⁊ Hoc quippe lumen
est totum hominis · & uerum
bonum · quod non oculis sed
mente conspicitur. ⁊ Signa
tum autem dixit in nobis ·
tamquam denarius signatur
regis imagine. ⁊ Homo enim
factus est ad imaginem & si
militudinem di · quam pec
cando corrupit. ⁊ Bonum
ergo eius est uerum atq;

aeternum · sirenascendo signe
tur · ⁊ Et nonpotuerunt
uerbum eius reprehendere
coram plebe · & mirati inrespon
sis eius tacuerunt · ⁊ Quicre
dere debuerant adtantam
sapientiam · mirati sunt quod
callidtas eorum Insidiandi
non inuenisset & locum · ⁊

DOM VI · POST SCI ANGELI ·

LEC SCI EVA SEC MATH ·

IN illo temp · Loquente ihu
adturbas · ecce princeps unus
accessit · & adorabat eum
dicens · ⁊ Dne filia mea modo
defuncta est · & reliq

XCVI SERMO VENERABILIS BE
DAE PRBI · SECDM EVANG
LUCAE · DE EADEM LECTI
ONE ·

ECce uir uenit
cui nomen
erat iairus ·
& ipse prin
ceps sinagoge
erat · ⁊ Priori
lectioni quā
de abiectione
sinagoge · fideq ecclesiae
atq iterum instauratione
sinagoge · sumus interpretati ·
consequenter archisinagogi
filia moriens subiungitur · ⁊

Quamdum suscitare properat
dns · preoccupat e morousa
mulier praeripit sanitatem · ⁊
Fitq ut post uenient prior
salute potiatur · ⁊ Ethiopia
enim praeuenit manus eius
dō · ⁊ Et cum intrauerit
plenitudo gentium · tunc om
nis israhel saluus fiet · ⁊
Princeps itaq sina gogae · nullus
melius quam ipse mosses in
tellegitur · ⁊ Vnde bene iairus
idest inluminans siue inlu
minatus uocatur · ⁊ Quia qui
accipit uerba uitae dare nobis ·
& per haec ceteros inluminat ·
& ipse aspū sco quo uitalia
monita scribere uel docere
possit inluminatur · ⁊
Et cecidit ad pedes ihu · rogans
eum ut intraret in domum eius ·
Si caput xpi ds · pedes eius con
sequenter incarnatio · qua
terram nostrae mortalitatis
tetigit accipiendi sunt · ⁊
Cecidit igitur archisinagogus
ad pedes ihu · qui a legis lator
cum tota patrum progenie ·
xpm in carne apparentem ·
longe sibi dignitatis gloria
preferendum esse cognouit · ⁊
Illud apostoli sedula deuoti
one protestans · quia quod
infirmum est di · fortius est

hominibus. ⁊ Rogauit eum
intrare in domum eius. quia
continuis gaudiorum uotis.
eius uidere desiderabat ad
uentum. ⁊ Anima autem
mea inquit exultabit in dño.
& delectabitur super ihu eius.
Omnia ossa mea dicent. dne
quis similis tibi. ⁊ Et hoc est
ad pedes ihu cadere. eum super
omnes singulariter magnum
pia fide fateri. ⁊
Quia filia unica erat illi fere
annorum duodecim. & haec
moriebatur. ⁊ Ipsa sinagoga
quae sola legali institutione
con posita. quasi unica mori
nata erat. quasi duodecimo
aetatis anno. hoc est tempo
re pubertatis ad propinquan
te moriebatur. ⁊ Quia nobi
liter a prophetis edocta
post quam ad intellegibiles
annos peruenerat. post quam
spiritales do fructus gignere
debebat. subito errorum
languore consternata. spiri
talis uitae uias ingredi dis
perabiliter omisit. & si non
a xpo succurreretur. horren
dam per omnia corruisset
in mortem. ⁊ Et contigit
dum ir&. a turba con prime
batur. ⁊ Ad puellam pergens

sanandam dns a turba con
primitur. quia genti iudee
salutaria monita prebens.
quibus aegram uitis eius con
scientiam erigere. noxia car
nalium populorum est con
suetudine grauatis. ⁊ Et
mulier quaedam erat influxu
sanguinis a annis duodecim.
Mulier sanguine fluens. eccle
sia est ex gentibus congrega
ta. quae ingenito carnaliu
delectationum polluta fluxu
atq acoetu iam fuerat segre
gata fidelium. Sed dum
uerbum di iudaeam saluare
decerneret. paratam iam
promissamq alius praeripuit
spe certa salutem. ⁊ Notan
dum quod & archi sinagogi
duodecimis sit filia. & mulier
haec a annis duodecim san
guine fluxerit. ⁊ Hoc est
eodem quo haec natae sit
tempore. illa coeperit
infirmari. ⁊ Vna enim
paene eademq saeculi uius
aetate. & sina goga in patri
archis nasci. & gentilium
natio per orbem coepit
idolatriae sanae fedari
Nam et genuine fluxus sangui
nis hoc est et super idolatriae
prostitutione et super his

quae carnis ac sanguinis ob
lectatione patrantur potest
intellegi. ⁊ Vnde pulchre sacra
refert historia. tempore
quo dauid adhuc puer. goliath
gigantem strauit. philistim
infinibus dommum. id est san
guinũ fuisse castra metatos. ⁊
Quia uidelicet dnis addebellan
dum mundi principem humi
lis apparens. nonmodo operi
bus infructuosis. sed &religi
oni spurcissimae deditos gen
tilium populos inuenit. ⁊
Ergo quamdiu sinagoga uigilat.
laborauit ecclesia. ⁊ Defec
tus illius. huius est uirtus.
quia illorum delicto. salus
facta est gentibus. ⁊
Quae inmedicos erogauerat
omnem substantiam suam.
nec abullo potuit curari. ⁊
Medicos. siue falsos intellege
theologos. siue philosophos
legumq; doctores secularium.
qui multa de uirtutibus uitiisq;
suptilissime disserentes. utilia
se uiuendi. credendiq; insti
tuta mortalibus dare pro
mittebant. ⁊ Seu certe
ipsos spis immundos significat.
quiuelut hominibus consu
lendo. se iam prodo colendos
ingerebant. ⁊ Quibus
uicissim audiendis. gentilitas
quanto magis naturalis in
dustriae uires expenderat.
tanto minis potuit abiniqui
tatis suae sorde curari. ⁊
Vnde bene marcus. de hac muli
ere scribens ait. ⁊ Et fuerat
multa perpessa aconpluribus
medicis. &erogauerat omnia
sua. nec quicquam proficerat
sed magis deterius habebat. ⁊
Sed haec ubi populum iudeorũ
aegrotare. uerumq; de caelo
cognouit adesse medicum. coepit
&ipsa languoris sui sperare
pariter &quaerere remediũ. ⁊
Accessit retro &tetigit fimbriã
uestimenti eius. &confestim
stetit fluxus sanguinis eius. ⁊
Accedit &dnm tangit ecclesia.
quae ei perfidei ueritatem ad
propinquat. ⁊ Accedit autem
retro. siue iuxta id quod ipse ait.
siquis mihi ministrat me sequa
tur. &alibi praecipitur post
dnm dm tuum ambulabis.
siue quia praesentem incarne
dnm nonuidens. peractis
temporariae dispensationis
sacramentis. eius iam per fi
dem coepit uestigia subsequi. ⁊
Tangit autem fimbriam uesti
menti eius &undam restringit
sanguinis. quia beatus &uere

mundandus. qui uel extre
mam partem uerbi fidei
manu contigerit. ⁊ Nam
rarus ualde. qui eius uel in
pectore recumbere. uel caput
mereatur pistica ncordo per
unguere. ⁊ Cum &ille mag
nus fuerit quise indignum
dicebat eius calciamenta por
tare. magna &illa quę ungu
ere pedes eius &capillis suis
tergere promeruit. ⁊ Et ait
ihs. ⁊ Quis est quime tetigit. ⁊
Non ut ipse quae nesciat doceatur.
sed ut uirtus fidei quamnoue
rat. immo quam ipse dederat
In muliere declaretur inter
rogat. ⁊ Negantibus autem
omnibus. dixit petrus. &
quicum illo erant. ⁊ Praecep
tor. turbae te conprimunt
&adfligunt. &dicis quisme
tetigit. ⁊ Quem turbae
comitantes passim conpri
munt. una credula mulier
dm tangit: quia quidiuersis
Inordinate glomerantium
heresibus affligitur. solo catho
licae ecclesiae fideliter
corde quaerritatur. ⁊ Nam
sicut quidam uidentes nonui
dent. &audientes nonaudi
unt. Ita etiam tangentes
nontangunt. quia nonfideliter
xpm tangunt. ⁊ Vnde cuidam
amanti quidem. sednondum
plene credenti. dicit. ⁊ Nolime
tangere. nondum enim ascendi
adpatrem meum. ⁊ Aperte
docens. quid sit eum ueraciter
tangere. patri scilicet aequae
lem credere. ⁊ Et dixit ihs. ⁊
Tetigit me aliquis. nam &ego
noui uirtutem deme exisse. ⁊
Dicat pelagius siplacet se suo
conamine saluari. dicamus
autem nos. quia uana salus
hominis. Indo faciemus uir
tutem. ⁊ Nam &ipse uirtute
qua propitietur omnibus in
quitatibus nostris. &sanet
omnes languores nostros.
non ex nobis ipsis. sed de se nouit
exire. ⁊ Non ergo latet eum
qui fimbriam tetigit. Idest
incarnationis misteria
donec ad maiora capienda
peruenias. perfecte amando
credideris. ⁊ Atipse dixit
illi. ⁊ Filia. fides tua te sal
uam fecit. uade inpace. ⁊
Ideo filia. quia fides tua te
saluam fecit. ⁊ Nec dixit
fides tua te saluam factura
est. sed saluam fecit. ⁊
In eo enim quod credisti.
iam salua facta es. ⁊
Adhuc illo loquente uenit adprin

cipem sinagogae dicens ei. ⁊
Quia mortua est filia tua.
noli uexare illum. ⁊
Saluata apro fluuio sanguinis
muliere. mox filia principis
mortua nunciatur. quadum
ecclesia auditorum labe mun
data. & ob fidei meritum filia
est cognominata: continuo
sinagoga perfidie simul inui
diaeq loeto soluta est. ⁊ Per
fidiae quidem. quia in xpo
credere noluit. Inuidiae uero.
quia ecclesiam credidisse
noluit. ⁊ Scriptum est
enim In actibus apostolorum. ⁊
Sequenti autem sabbato. pene
uniuersa ciuitas conuenit
audire uerbum dni. ⁊ Viden
tes autem turbas iudaei. re
pleti sunt zelo. & contra dice
bant his quae a paulo dice
bantur. Maledicentes uiā
dni coram multitudine. ⁊
Noli uexare illum. ⁊ Per. eos
hodieq dicitur quia deo desti
tutum sinagogae statum
uident. ut restaurari posse
non credant: Ideoq pro re
suscitatione illius supplican
dum esse nonetamen. ⁊
Sed quae impossibilia sunt
apud homines. possibilia sunt
apud dm. ⁊ Vnde sequitur. ⁊

His autem audito hoc uerbo.
respondit patri puellę. ⁊
Noli timere. crede tantum &
salua erit. ⁊ Pater puellę.
coetus doctorum legis accipi
tur. de quo dns ait. ⁊ Super
cathedram moysi sederunt
scribae & pharisei. ⁊ Quisicre
dere ipse uoluerit. etiam sub
iecta ei sinagoga salua erit. ⁊
Et cum peruenisset domum.
non permisit secum quemquā
introire nisi petrum. & iacobū.
& iohannem. & patrem & ma
trem puellę. ⁊ Supra publice
uiduae filius suscitatur. hic
remouentur plures arbitri.
Puto ergo quod ineo quoq pie
tas ibi dni declaretur. quia
uidua mater unici. non pati
ebatur moras; & ideo ne am
plius afficeretur maturitas
additur. ⁊ Est etiam forma
sapientiae inuiduae filio. cito
ecclesiam credituram: marchi
sinagogi filia credituros
quidem iudeos. sed expluribus
pauciores. ⁊ Flebant autem
omnes. & plangebant illam. ⁊
Numquid possunt inquit filii
sponsi lugere. quamdiu cum
illis est sponsus. ⁊ Venient
autem dies cum auferetur
abeis sponsus. & tunc ieuna

bunt. ⁊ Igitur sinagoga quia
sponsi laetitiam quamuuere
possit amisit. quasi interplan
gentes mortua iacens. nebo
quidem ipsum quare planga
tur intellegit. ⁊ Atille dixit.
Nolite flere. non est mortua.
sed dormit. ⁊ Hominibus mor
tua erat. qui suscitare nequi
uerant. dō dormiebat incuius
dicione & anima recepta
uiuebat. & caro resuscitanda
quiescebat. ⁊ Vnde mos xpi
anus obtinuit. ut mortui qui
resurrecturi esse nondubitan
tur. dormientes uocentur. ⁊
Sicut apostolus. nolumus uos in
quit ignorare fratres de dor
mientibus. ut non contristem
ni sicut & ceteri qui spem non ha
bent. ⁊ Sed & in parte allego
riae. cum anima quae pecca
uerit ipsa moriatur. tamen
ea quae resuscitari xpo me
ruerit. nobis quidem mortua
fuisse. sed ei obdormisse dici potest.
Et deridebant eum. scientes quia
mortua esset. ⁊ Quia uerbum
resuscitantis deridere quam
credere malebant. merito
foras excluduntur indigni
qui miraculum resurgentis
uiderent. ⁊ Ipse autem tenens
manum eius. clamauit dicens. ⁊

Puella surge. ⁊ In marco scrip
tum est. ⁊ Attilli. ⁊ Talithacumi.
quod est interpretatum. puella
tibi dico. surge. ⁊ Et confestim
surrexit. ⁊ Vbi diligens lector
inquirat. quare uerax euange
lista dictum saluatoris expo
nens. inter posuerit de suo tibi
dico. cum in sirro sermone
quem posuit. non plus sit dictum.
quam puella surge. ⁊ Tenens
ergo manum puellae ihs. susci
tauit eam. ⁊ Quia nisi prius
mundatae fuerint manus
iudaeorum. quae sanguine
plenae sunt: sinagoga eorum
mortua non consurgit. ⁊
Et reuersus est spiritus. &
surrexit continuo. ⁊ Marcus
ita dicit. ⁊ Et confestim
surrexit puella & ambulauit. ⁊
Spiritaliter insinuans. quia
quisquis a morte animae
xpo sibi manum confortante
resipiscit. non modo a sordi
bus exsurgere uitiorum. sed
& in bonis continuo proficere
debet operibus. ⁊ Et iussit
illi dare manducare. ⁊
Ad testimonium quidem uitae.
resuscitatam manducare
praecipit. ut non fantasma
sed ueritas credere tur. ⁊
Sed & si quis a spiritali morte

surrexerit · caelesti necesse
est mox pane satietur: & diui
ni scilicet uerbi · & sacro sci
altaris particeps effectus ·
Nam iuxta moralem intellec
tum · tres illi mortui quos
saluator incorporibus susci
tauit · tria genera resurrec
tionis animarum significant ·
Siquidem nonnulli · consensum
malę delectationi praebendo ·
latente tantum cogitatione ·
peccati sibi mortem conciscunt ·
Sed tales se uiuificare signifi
cans saluator · suscitauit
filiam archisinagogi · non
dum foras elatam · sed indo
mo mortuam · quasi uitiū
secretum incorde tegentem ·
Alii nonsolum noxię delectatio
ni consentiendo · sed & ipsum
malum quo delectantur agendo ·
mortuum suum quasi extra
portas efferunt · Et hosse
si paeniteant resuscitare
demonstrans · suscitauit iuue
nem filium uiduae · extra
portam ciuitatis elatum ·
Et reddidit matri suae: quia
resipiscentem a peccati tene
bris animam · unitati restituit
ecclesiae · sicut & supra docui
mus · Quidamuero non
solum cogitando uel faciendo
inlicita · sed & ipsa peccandi
consuetudine se quasi sepeli
endo corrumpunt · Verum
nec adhos erigendos minor
fit uirtus & gratia saluatoris ·
si tamen adsint cogitationes
sollicite: quae super eorum
salute uelut deuote xpo sorores
inuigilent · Nam adhoc in
timandum resuscitauit
Lazarum quattuor dies iam
in monumento habentem · &
sorore adstante iam fetentem ·
quia pessima noxios actus solet
fama comitari · Notandum
autem · quod quanto grauior
animae mors ingruerit: tanto
acrior necesse est ut resurgere
mereatur paenitentis feruor
insistat · Quod occulte uolens
ostendere dns · lacentem incon
clausi mortuum · modesta leuiq
uoce resuscitat dicens · Puella
surge · Quam & ob facilita
tem resuscitandi · iam mortuā
fuisse negauerat · Delatum
autem foras iuuenem · plu ri
bus ut reuiuescere debeat ·
dictis corroborat · cum ait ·
Iuuenis · tibi dico · surge ·
Quadriduanus uero mortuus ·
ut longa prementis sepulchri
claustra deponere possit ·
fremuit spu ihs · turbauit se

ipsum · lacrimas fudit · rur-
sum fremuit · ac uoce magna
clamauit · lazare uem foras ·⁊
Et sic tandem qui erat despe-
ratus · discusso tenebrarum
pondere · uitae luci que red
ditur ·⁊ Sed & hoc notandũ ·
quia publica noxa · publico eg &
remedio : leuia autem peccata ·
leuiori & secreta queunt pęn
tentia deleri ·⁊ Puella in
domo iacens · paucis arbitris
exsurgit · eisdemq; nemiracu
lum uulgarent Indicitur ·⁊
Et stupuerunt Inquit parentes
eius · quibus precipit nealicui
dicerent quod factum erat ·⁊
Iuuenis extra portam turba
multa comitante atq; intu
ente suscitatur · lazarus de
monumento uocatus intan
tum populis Innotuit · ut ob eo
rum quiuidere testimonium ·
plurime dño turbae cum pal
mis occurrerent · & multi prop
ter illum abirent ex iudaeis
& crederent in ihm ·⁊ Quar
tum uero mortuum dñs
nuntiante discipulo agnoscit ·
sed quia quipro eius ereptione
dñm precarentur iuui defue
rant · dimitte inquit ut mor
tui sepeliant mortuos
suos ·⁊ [illegible]]deest

mali malos · noxius laudibus
grauent ·⁊ Et quia non adest
iustus qui corripiat in misere
cordia · oleum peccatoris
inpinguet caput eorum ·⁊

IN VIG SC ANDREE

LEC SCI IUA SEC IOHAN ·

IN illo temp · stabat iohannes
& ex discipulis eius duo · & re
spiciens ihm ambulantem
dicit ·⁊ Ecce agnus di ·⁊
Et audierunt eum duo discipuli
loquentem · & secuti sunt dñm · & rlq

Secun IN VIG SCI ANDREAE APLI · OMET
VENERABILIS BEDE PRBI DE EVANG
LECTIONE

ANTA
ac talis est
scripture di
uinae sublimitas ·
ut non solum uerba
quae a sciis uel ab
ipso dño dicta refe
runtur · sed etiam
circumstantia rerum quae
simpliciter posita uidetur ⁂
Ecce enim narrante euange
lio fratres carissimi audiui
mus · quia stabat iohannes
& ex discipulis eius duo · & re
spiciens ihm ambulantem
dicit · ecce agnus di ·⁊
Sed tunc cognouimus · immo

⁂ spiritalibus sit plena mysterius ;

iam notum admemoriam
reuocauimus. quare ihm prae
cursor suus agnum di uocaue
rit. Quia uidelicet eum
praeceteris mortalibus sin
gulariter Innocentem. hoc
est abomni peccato mundū
nouit: quia nos suo sanguine
redempturum. quia dona
sui uelleris sponte largitu
rum. ex quo uestem nobis
nuptialem facere possimus.
Idest exempla uiuendi nobis
relicturum praeuidit. qui
bus Indilectione cale fieri
doberemus. Hoc est ergo
testimonium praecursoris
dni. quia facile patet fidelibus
citum amoris suum sono
tem. audientum cordibus in
fundit. Sed non est putandū
quia sine certa ratione mis te
rii. hoc relaturus euangelista
praemisserit. fuisse iohanne
cum discipulis. ihm uero am
bulasse: & illo utiq; ambulasse.
ubi sequentibus se discipulis
iohannis mansionem Inqua
habitat ostenderet. Ceteraq;
huiusmodi. quae sequentia
lectionis euangelicae comme
morant. sicut nucleatius dis
cutiantur. Inueniemus celes
tibus redundare misteriis.

Stabat enim iohannes & respexit
ihm. quia in mente cognouit
mine perfectionis animi gres
sum fixerat. unde iure celestiū
dinem diuinae maiestatis mere
retur Intueri. Stabat. quia
illam uirtutum arcem conscen
derat. a qua nullis temptatio
num possit & inprobitatibus deici.
Stabant cum illo & discipuli.
quia magisterium eius. corde
sequebantur immobili. Et re
spiciens inquit ihm ambulan
tem. dicit: ecce agnus di.
Ambulatio ihū. dispensationem
Incarnationis qua ad nos uenire
ac nobis exempla uiuendi prae
bere dignatus est insinuat.
sicut mansio eius. aeternitatem
diuinitatis. Inqua semper est
patri aequalis aptissime designat
Respiciens ergo ihm ambulan
tem iohannes dicit: ecce agnus
di. quia uidens eum inter ho
mines conuersantem. pro
fectumq; illis uitae caelestis
& factis demonstrantem & uer
bis. aperte pronuntiabat.
Quia non ipse ut putabant.
sed ille esset qui ad redemp
tionem generis humani
ad patre esset missus In
mundum. Ille qui forma
Innocen[illegible]tiae [illegible]

inse credentibus esset daturus.
De quo incarne uenturo praeci
nens propheta dicebat. Sicut
ouis ad occisionem ducetur. &
sicut agnus coram tondente se
sine uoce. sic obmutescet. Et
iterum. Ipse autem uulnera
tus est propter peccata nostra.
& liuore eius sanati sumus.
Et audierunt eum duo discipuli
loquentem. & secuti sunt ihm.
Testimonium perhibente iohanne
quia ihs esset agnus di. secuti sunt
illum duo discipuli. Magis deside
rantes abipso ihu quam apprae
cursore illius uerbum gratiae
percipere: quo & ipsi mererentur
magnorum di sorte conputari.
Bene autem duo sunt discipuli
inuenti qui dnm primi seque
rentur. ut etiam mistice de
signarent. omnes qui illum per
fecte sequerentur gemina dilec
tione deuotos esse debere.
Hoc est & eiusdem sui redemptoris.
& fratrum simul amore flagran
tes. Conuersus autem ihs. &
uidens eos sequentes se. dicit eis.
Quid quaeritis. Non potuit igno
rare dns quid sequentes se disci
puli iohannis quaererent. sed
mox quod ad illos sequentes con
uertitur. quod ipse prior quid
quaererent interrogat. quod
dat illis fiduciam quaecq; uellent
rogandi: manifeste innotuit
quantum bonis nostris studiis
delectetur. quam libenter iter
ueritatis incho antibus ipse auxi
lium laturus occurrat.
Qui dixerunt ei. Rabbi. quod di
citur interpretatum magister.
ubi habitas. Nolebant transi
torie magisterio ueritatis per
frui. sed mansionem potius in qua
habitaret inquirebant: quatenus
& tunc liberius in secreto uerbis
illius imbui. & ex inde sepius eum
possent uisitare plenius instru
endi. Vnde & ipse quia illos
bene petentes. quaerentes pulsan
tes uidit: libens eis secretarium
sui reseraui arcam. eosq; intro
ducens. ueritatis euangelicae
rudimentis. quae desiderabant
inlustrauit. Nam sequitur.
Dicit eis. Venite & uidete.
Statimq; subiungitur. Venerunt
& uiderunt ubi maneret. & apud
eum manserunt die illo.
Quod si altiori sensu libet inspice
re. quid nobis agendum insinu
ent discipuli in eo quod ad dnm
quidem ambulantem uenerant.
sed locum continuo ubi habitat &
inquirebant. Admonent
utiq; nos. ut quotiens incarna
tionis eius transitum admonit

reducimus · sollicito semper eum
corde rogemus · ut habitationem
nobis æterne suae mansionis ·
quae est apud patrem ostendere
dignetur · dicens cum moriens ·
Oñe ostende nobis gloriam tuam ·
Quod autem ipse discipulos uenire
& ubi maneret uidere praecipit ·
uir tutum profecto studium ·
quibus ad æterna gaudia peruen
amus · subeundum nobis ostendit ·
Venire & enim post ihm est · ut
mansionem eius uidere possimus ·
bonis operibus quae ipse prae
monstrauit insistere · horumq
cottidianis profectibus ad celsi
tudinem diuinae uisionis ad
tingere · Venerunt inquit
& uiderunt ubi maneret · &
apud eum manserunt die illo ·
hora autem erat quasi decima ·
Quia lex in decem praeceptis data
est · solet in denario numero
perfectio legis indicari · Bene
ergo decima hora ueneruntt
discipuli ut mansionem ihū uide
rent · quia mirum necesse est
utquidm desiderat uidere · di se
mandatis humiliter subdat ·
Quiq luce diuinæ contemplatio
nis post modum frui appetit ·
prius adiuuante dño decalogū
legis · per opera lucis · quasi deci
ma hora die sole inlustrante
compleat · Et illi quidem
die illo manentes apud dnm ·
felicissima ueritatis speculatio
ne uesperam expectabant ·
At uero omnes electi post operum
bonorum perfectionē · post im
pleta legis di praecepta · perpetuū
& nullo fine obnoxium diem sunt
cum illo acturi · Illum uidelic &
quem uidere desiderans propheta
cantabat · quia melior est dies una
In atriis tuis super milia ·
Erat autem andreas frāter simo
nis petri · unus ex duobus qui audi
erant a io hanne & secuti fuerant
eum · Inuenit hic primum fra
trem suum simonē · & dicit ei · Inue
nimus messiam quod est interpreta
tum xpm · & adduxit eum ad ihm ·
Andreas dnm quem inuenit etiam
simoni fratri sequendum euangeli
zat · Quia hoc est uere dnm
inuenire · uera illius dilectione
feruere · fratri ne quoq salutis ·
curam gerere · Ille & enim per
fecte conditoris sui ducatum
sequitur · quietiam proximi quan
tum ual & habere comitatum
nititur · Inuenimus inquit
messiam · quod est interpretatum
xpm · Messias idem quod xpm est ·
Sed messias hebraeo sermone ·
xpm dicitur · greco · latine autem
unctus interpretatur · unde

&chrisma grece latinae
unctio dicitur. Xpi autem idest
unctus appellatur dni. quia
sicut petrus ait. unxit eum ds
spu sco & uirtute. unde etiam
psalmista ineius laude loquitur.
Vnxit te ds ds tuus oleo laetitiae
praeconsortibus tuis. Consor
tes autem eius nos uocat. qui
ad accipiendam spi sci gratiam.
in baptismo etiam chrimate
uisibili perungimur. & a christi
nomine. christiani uocamur.
Sed ille praeconsortibus unctus est.
cui sicut iohannes baptista tes
tatur. Non ad mensuram
dat ds spm. sed omnia dedit in
manu eius. Nam de consortibus
eiusdem unctionis. dicit apostolus.
Vnicuiq; autem nostrum datus est
gratia. secundum mensuram dona
tionis xpi. Vocabantur autem
christi. & sacerdotes. in lege & reges.
in figuram nimirum eiusdem
ueri regis. & pontificis magni dni
ac saluatoris. in cuius tipo etiam
materiali linebantur oleo.
Non solum autem illi. sed & nostri
temporis fideles ut a christo christiani
ita etiam ab ipsa sacri chrismatis
unctione. ab ipsa spi gratia
quia consecrantur. christi
recte nunc cupantur. propheta
teste quiait. Existi in salutem
populi tui. ut seduos facias
christos tuos. Exiit quippe
in salutem populi sui. ut saluos
faciat cristos suos. quipropter
nos homines & propter nostram
salutem discendit de caelo & in
carnatus est. ut nos spiritali
gratia per unctos ac sanatos. sui
sci nominis donaret esse partici
pes. Sequitur. Intuitus autem
eum ihs dixit. tues simon filius
iohanna. Intuitus est simonem
ihs. non exterioribus solum oculis.
sed & interno diuinitatis intuitu.
iuxta illud beati samuelis. homo
uidet in facie ds autem intuetur cor.
Vidit cordis eius simplicitatem.
uidit animi sublimitatem. cuius
merito cunctae esset praeferendus
ecclesiae. Vidit quia uocante
andrea. feruenti ad se amore per
uolauerit. Ideo q; uenientem mox
familiari affatur eloquio.
Tues inquiens simon filius iohanna.
Nec magnum est dno uocabulum
cuius libet hominis uel patris eius
dicere. qui omnium scorum no
mina scripta tenet in caelo.
Sed posturus discipulo nomen.
merito sublimioris dignaturus uoca
bulo. quod totius ecclesiae praesuli
congruerit. primo uoluit osten
dere. quia quod apostolis
acceperat nomen. & iam ipsum

significatione uirtutis noncaret&

S imon ergo oboediens· iohanna
dicitur dñi gratia·⁊ Tues simon
filius iohanna·⁊ Tues oboediens·
filius gratiae di·⁊ Et merito ille
oboedientis nomine censetur·
qui &prius inuitante andrea
mox dñm uidere curauit· &post
modum cum ipse dñs eum addis
cipulorum uocaret· statim
cum eodem andrea quem pari
ter uocauit relictis retibus
quorum usu uiuebat· eum sequi
non distulit·⁊ Vnde &andreae
quoq; nomen ueram mentis eius imagine
praefert·⁊ Andreas namq; grece
latine dicitur uirilis·⁊ Et ille
libenter dñm· uel ad predicatio
nem iohannis· uel ad ipsius dñi
iussionem sequendo· ad eorum se
sortem pertinere doc&· quitempo
ralia quae possident· fortiter
aeternorum amore contemnunt·⁊

Qui credentes uidere bona dñi in
terra uiuentium· donec haec per
cipiant· expectare dñm cum
psalmista &uiriliter agere accor
suum confortare contendunt·⁊

Quod autem simon filius fuit
iohanna· idest gratiae di· aperte
demonstrat· quia quicquid deuo
tae oboeditionis dño impendit·
quicquid merito oboedientiae
praemii perennis a dño recepit·
totum hoc nimirum praeuenien
te se gratia superne pietatis ut
habere posset accepit·⁊ Ecce
audistis carissimi quare pri
mus apostolorum prius simon
dicitur· quo misterio filius sit
iohanna·⁊ Restat praescrutari·
quo dar cani contineat nomen·
quo eum denuo saluator appellauit·⁊

T uinquit uocaberis cephas· quod
inter praetatur petrus·⁊ Neq; uero
petri uocabulo quasi hebreo uel
siro· aliam interpretationem
quaerere oportet· sed procerto
nosse· quia idem grece &latine
petrus· quod siriace cephas signi
ficat·⁊ Et in utraq; lingua no
men a petra deriuatum est·⁊

Vocatur autem petrus ob firmita
tem fidei· uocatur petrus ob inuin
cibile robur mentis· uocatur petrus
quia illi solidissimae petre de qua
apostolus ait· petra autem erat
xps· unica deuotione adhaesit·⁊

Hinc est enim quod eadem petra
uidelicet xps· cum interrogaret&
discipulos suos· quem eum esse
dicerent· ac petrus responderet
dicens· tues xps filius di uiui· con
tinuo puram eius confessionem
iuxta utriusq; nominis·
significantiam· digna re
muneratione donauit·⁊ Sed
&ipsa petri appellatio· quid inse

sacramenti gestar & aperuit.

Primo namq; ait. de simone.

Beatus es simon bariona. quia caro
& sanguis non reuelauit tibi.
sed pater meus qui in caelis est. ac
de inde subiunxit de petro.

Et ego dico tibi. quia tues petrus.
& super hanc petram aedificabo
ecclesiam meam. Tues inquit
petrus & super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam.

Tues petrus & super hanc petram.
x quia tu nomen accepisti. hoc est
super meipsum aedificabo eccle
siam meam. Super hanc fidei per
fectionem quam tu confessus es. edi
ficabo ecclesiam meam. A cuius
so cietate confessionis. quisq; deua
uerit. quamuis sibi magna uideatur
agere. ad edificium ecclesiae meae
non pertin&. Petrus igitur
afirma petra uidelic& xpo. quem
ardenter amauit nomen accepit.

Xpus & enim uocatur petra. quia
inexpugnabile ad se confugienti
bus praesidium tribuit. quia
sperantes in se ab antiqui hostis
insidiis munitos reddit & tutos.

Nec praeter eundem. quod ob hoc
quoq; dnus petra uocatur. quia
spiritalium nobis charismatum
fluenta ministrat. quia sacro sca
nos sui sanguinis communione
puri ficat. Quod facilius intel
legitur & iocundius forte reti
nebitur. si ad memoriam reuoce
mus. quae sit iuxta historiam
petra. de qua apostolus mystice
quia xpm significat & exponit.

Liberatus namq; de egiptia serui
tute populus per mare rubrum
uenit in desertum. in quo per annos
quadraginta donec ad terram
repromissionis uenit & iter agebat.

Qui quodam tempore. fame ac siti
fatigatus in heremo. clamauit
ad mosen. At dnus orante
mose sicut scriptum est. pluit
illis manna manducare. panem
caeli dedit eis. Rursus quoq;
praecepit mosi ut percuteret
uirga petram. quod dum faceret.
exit aqua & bibit populus. Vnde
dicitur in psalmo. Quo percussit
petram & fluxerunt aquae.

Nos ergo fratres carissimi. nos sumus
populus di. qui egiptiae serui
tutis iugum per mare rubrum
liberati euasimus. quia per aqua
baptismi remissionem peccatorum
quae nos praemebant accepimus.

Nos qui inter erumnas uitae prae
sentis. quasi in sicitate herem.
promissum nobis patriae celestis
expectamus ingressum. In qua
uidelic& heremo siti periclita
mur ac fame spiritali deficere.
si non redemptoris nostri nos

quesbrent

dona confirmant. sinon incar
nationis eius sacramenta reno
uant. Ipse est enim manna. quę
nos uictu caelesti. ne inhuius sae
culi itinere deficiamus recreat.
Ipse petra. quae spiritalibus nos
donis inebriat: quae ligno cru
cis percussa. poculum nobis uitae
suo de latere manauit. Vnde
dicit. in euangelio. Ego sum
panis uitae. Qui ueni & ad me.
non esuriet. & qui credit in me
non sitiet umquam. Et congru
ente satis figurarum ordine. pri
mo populus per mare saluatus est.
ac sic ad cibum mannae atq ad pe
tram mistice peruenit. Quia
primum quidem aqua nos rege
nerationis abluit. ac deinde ad
participationem sacri altaris. ubi
redemptoris nostri carni ac san
guini communicemus trans
mittit. Haec de mysterio
petrae spiritalis. aqua & pri
mus pastor ecclesiae nomen
accepit. & in qua totius scae ec
clesiae fabrica immobilis & in
concussa persistit. & per quam
ipsa ecclesia nascitur. ac nutri
tur. latius exponendo dicere libuit.
Quia solent artius multo & aliquan
do dulcius inhaerere cordibus
audientium: ea quae figurarum
antiquitate praemissa. sic demu
noua spiritaliter explanatione
dilucidantur: quam quae sine
ullis figurarum exemplis simplici
tantum narratione credenda
uel agenda monentur. Cure
mus autem fratres carissimi. ut
huius petrae praesidio semper ad
haerentes. nulla labentium rerum
contrarietate terrente. nulla
blandiente serenitate. a fidei fir
mitate diuellamur. Neglectis
deliciis temporalibus. solamen in
presenti redemptoris nostri dona
caelestia delectent. sola inter
erumnas saeculi spes uisionis illius
consoletur. Recolamus seduli
egregium dauid prophetae & regis
exemplum: qui cum in tantis regni
affluentis honoribus ac diuitiis
nullum animae suae solatium
posset inuenire. tandem erecto
ad superna desideria mentis in
tuitu. memor fuit dei & delecta
tus est. Vt q ad eandem eius
uisionem peruenire mereamur.
obstacula uitiorum quae hanc
impedire solent. satagamus
a nostro & corpore & mente seclude
re. Neq enim ad eum nisi rectis
operum gressibus peruenitur.
neq faciei eius munda. nisi a mun
dis corde uidetur. Beati autem
mundo corde quo ipsi dm uidebunt.
Quod ipse nobis praestare dignetur.

qui est promittere dignatus. ihs
xps ds & dns noster. qui uiuit &
regnat cum patre in unitate sps
sci per omnia secula seculorum. am.

IN NT. SCI ANDREAE.
LEC SCI EUA SEC MATH.

IN illo temp. Ambulans ihs iuxta
mare galileae. uidit duos fratres
simonem qui uocatur petrus & an
dream fratrem eius. & reliq.

XCVIII MISSA BEATI GREGO RII PAPAE DE EADEM LECTIONE.

AUDISTIS
fratres carissi
mi. quia ad
unius iussio
nis uocem.
petrus &
andreas
relictis
retibus.
secuti sunt redemptorem.
Nulla uero hunc facere adhuc
miracula uiderant. nihil abeo
de premio aeternae retributio
nis audierant. & tamen ad unum
dni preceptum. hoc quod possidere
uidebantur obliti sunt. Quanta
nos eius miracula uidemus. quot
flagellis affligimur. quantis mi
narum asperitatibus deterremur.
& tamen uocantem sequi contem
nimus. Incaelo iam sedet.
quide conuersione nos admonet.
Iam iugo fidei colla gentium
subdidit. iam mundi gloriam
straui. iam ruinis eius crebres
centibus. districta sui iudicii diem
propinquantem denuntiat. &
tamen superba mens nostra. non
uult hoc sponte deserere. quod cot
idie perdit inuita. Quid ergo
fratres carissimi. quid in eius iudicio
dicturi sumus. qui ab amore prae
sentis saeculi. nec preceptis flecti
mur. nec uerberibus emendamur.
Sed fortasse aliquis tacitus secum
sibi cogitationibus dicat. Ad uocem
dominicam. uterq; iste piscator
quid. aut quantum dimisit. qui pene
nihil habuit. Sed hac in re fra
tres carissimi. affectum pensare
potius debemus quam censum.
Multum reliquit. qui sibi nihil reti
nuit. Multum reliquit. qui quam
lib& parum. totum deseruit.
Certe nos & habita cum amore
possidemus. & ea quae minime
habemus ex desiderio quaerimus.
Multum ergo petrus & andreas
dimisit. quando uterq; etiam
desideria habendi dereliquit.
Multum dimisit. qui cum repossessa.
etiam concupiscentiis renuntiauit.
A sequentibus ergo tanta dimissa
sunt. quanta a non sequentibus

concupisci potuerunt. Nemo
igitur etiam cum quosdam con
spicit multa reliquisse. apud
semet ipsum dicat: imitare
huius mundi contemptores uolo.
sed quod relinquam non habeo.
Multa fratres relinquitis. si de side
riis terrenis renuntiatis.
Exteriora enim nostra dno qua
lib& parua sufficiunt. Cor
namq; &non substantiam pensat.
Nec perpendit quantum in eius sa
crificio. sed ex quanto proferatur.
Nam exteriorem substantiam per
pendamus. ecce sci negotiato
res nostri. per petuam angelo
rum uitam. datis retibus &naui
mercati sunt. Aestimatione
quippe pretii non habe&. sed tam
regnum di tantu ual&. quantum
habes. Valuit namq; zacheo
dimidium substantiae. quia dim
dium aliud ad hoc quod iniuste
abstulit. restituendum in qua
druplum reseruauit. Valuit
petro &andreae. dimissis retibus
&naui. Valuit uiduae duobus
minutis. ualet alteri calice
aquae frigide. Regnum itaq;
di ut diximus. tantu ual& quan
tum habes. Pensate igitur
fratres. quid uilius cum emitur.
quid carius cum possidetur.
Sed forte esse. nec aliq; aquae
frigide subpetit qui indigenti
praebere tur: tunc etiam securi
tatem nobis promittit sermo
diuinus. redemptore &enim
nato. caeli ciues ostensi sunt.
qui clamarent. Gloria in
excelsis do. &in terra pax
hominibus bonae uoluntatis.
Ante di namq; oculos numquam
est uacua manus munere. si
ara cordis repleta est bona
uoluntate. Hinc &enim psal
mista dicit. Inmesunt di uota
tua quae reddam laudationes
tibi. Aesi aperte dicat. Etsi
exterius munera offerenda non
habeo. intra me metipsum tam
inuenio. quod in aram tuae lau
dis impono. Quia qui nostra
datione non parcetis. oblatione
cordis melius placaris.
Nil quippe offertur do dituis
uoluntate bona. Voluntas
enim bona est. sic aduersa alte
rius. sicut nostra pertimescere.
Sic de prosperitate proximi. sicut
de nostro profectu gratulari.
Aliena damna nostra credere.
aliena lucra. nostra deputare.
Amicum non propter mundum.
sed propter dm diligere. inimi
cum etiam amando tolerare.
Nulli quod pati nolumus facere.
Nulli quod tibi iuste impendi

desideras negare. ⁊ Necessita
ti proximi iuxta uires concur
rere. sed prodesse etiam ultra
uires uelle. ⁊ Quid ergo isto
holocausto locupletius. quando
per hoc quod immolat in ara
cordis. anima semetipsam mactat. ⁊
Sed hoc bonae uoluntatis sacrifi
cium. numquam plene persol
uitur. nisi mundi huius cupidi
tas perfecte deseratur. ⁊ Nam
quic quid meo concupiscimus.
hoc procul dubio proximis inui
demus. ⁊ Videtur enim quod
nobis desit. quod alter adsequitur. ⁊
Et quia semper inuidia. a bona
uoluntate discordat. mox ut
hec mentem ceperit. illa disce
dit. ⁊ Vnde predicatores sci.
ut possint proximos diligere.
studuerunt in hoc saeculo. nil
amare. nil unquam appetere.
nil uel sine appetitu possidere. ⁊
Quos bene esaias intuens ait. ⁊
Qui sunt isti. quasi nubes uolant.
& sicut columbe ad fenestras suas. ⁊
Vidit quippe eos terrenae dispice
re. mente caelestibus propinquas.
uerbis pluere. miraculis coruscare. ⁊
Et quos a terrenis contagiis sca prae
dicatio. & sublimis uita suspende
rat. hos uolantes pertiter. & nu
bes appellat. ⁊ Fenestrae autem
nostrae sunt oculi. quia per ipsos
anima respicit quod exterius
concupiscit. ⁊ Columba uero
simplex est animal. atq; amali
tia fellis alienum. ⁊ Quasi co
lumbae ergo ad fenestras suas
sunt. qui nihil in hoc mundo
concupiscunt. ⁊ Qui omnia
simpliciter aspiciunt. & in haec
quae uident. rapacitatis studio
non trahuntur. ⁊ At contra mil
uus & non columba ad fenestras
suas est. qui ad ea quae oculis
consideratur. rapinae desiderio
anhelat. ⁊ Quia ergo fratres
carissimi. beati andreae apos
toli natalicia celebramus. de
bemus imitari quod colimus. ⁊
Ostendat nostre obsequium
deuotionis. immutate solem
nitas mentis. ⁊ Despiciamus
quae terrena sunt. relictis
temporalibus. mercemur eter
na. ⁊ Si autem nec dum pos
sumus relinquere propria. sal
tim non concupiscamus aliena. ⁊
Si nec dum mens nostra accendi
tur igne caritatis. in ambitio
ne sua habeat frenum timoris. ⁊
Vt profectus sui passibus uegetata.
dum a alienorum appetitu
conpescitur. quandoq; ad
propria contemprenda per
ducatur. ⁊

xcviii

INSC̄ MATHEI APOSTOLI.

LIC SCI IVĀ SIC MATH.

IN illo temp. Vidit ihs hominē sedentem in teloneo matheum nomine. & ait illi. Sequere me. & rlq

HOMILIA VENERABILIS BEDAE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE.

LEgimus apostolo dicente quia omnes peccauerunt. & egent gloria di. Iustificati per gratiā ipsius. Qui & iterum inestimabilem eiusdem gratiae magnitudinem commendans ait. Vbi autem abundauit peccatum. super abundauit gratia. Quia nimirum quanto grauiorem chris in electis suis peccatorū languorem curauit. tanto amplioremque cunctis gratiae dentis potentiam monstrauit. Vnde & ex lectione euangelica audiuimus. quia sedentem in teloneo matheum. ac temporalibus curis intentum repente miseratus uocauit. & de publicano iustum. de teloneario discipulum fecit. Quem etiam proficientibus eiusdem gratiae crementis. de communi discipulorum numero. ad apostolatus gradum promouit. Nec solum predicandi. uerum etiam scribendi euangelium illi ministerium commisit. Vtquiter restriū omiserat. celestium esse talentorum dispensator inciperet.

Quod obid utiq; prouidentia superna fieri disposuit. ut nullum enormitas suorum. nullum numerositas scaelerum. asperanda uenia reuocaret: cum hunc tantis mundi nexibus absolutum. tam caelestem factum conspiceret. ut communicato cum angelicis spiritibus uocabulo. euangelista nominaretur. & esset.

Vidit inquit ihs hominem sedente in teloneo matheum nomine. & ait illi. Sequere me. Vidit autem non tam corporei intuitus. quam internae miserationis aspectibus.

Quibus & petrum negantem ut reatum suum cognoscere ac deflere posset respicere dignatus est. quibus populum suum egiptia seruitute depressum ut eriperet aspexit. dicens ad moysen. Videns uidi adflictionem populi mei qui est in egipto. & gemitum eorum audiui. & descendi liberare eos.

Vidit ergo hominem miseratus est ei: qui humanis tantum studiis deditus. necdum angelico nomine dignus extiterat.

Vidit sedentem in teloneo. pertinaci uidelicet animo. temporalibus

lucris inhi antem. Matheum
inquit nomine. Matheus
hebraice. latine dicitur donatus.
Quod profecto nomen illi apte
congruit. quitantum gratiae
super ne munus accepit.
Nec preter eundum quodidem mathe
us erat dironimos. nam & leui uo
cabatur. Quod etiam nomen.
eidem gratiae qua donatus est
testimonium perhib&. Interpre
tatur enim additus. siue adsumptus.
Significans quadsumptus est per
electionem adno. & additus adnu
merum gradus apostolici. Hoc
autem illum nomine. marcus & lu
cas. inhac lectione magis appellare
uoluerunt. ne consortem operis eu
angelici. deprisca conuersatione.
palam notabilem redderent.
At uero ubi adde scribendum duode
cim apostolorum catalogum per
ueneruntur. tacito leui uocabulo.
matheum illum aperte nuncupa
uerunt. Porro ipse matheus iux
ta hoc quod scriptum est iustus prior
accusator est sui. uenit amicus eius
& inuestigauit eum. uulgato senom
ne appellat. cumdeteloneo uocatum
narrat. Sed & incatclogo aposto
lorum cumaddita mento se publi
canum cognominauit. thomas in
quit & matheus publicanus. qua
tenus maiorem perhoc publicanis

& peccatoribus. adipiscende salutis
confidentiam praebeat. Quam
docendi formulam. paulus quoq
secutus ait. Quia xpi ihs uenit
inhunc mundum peccatores saluos
facere. quorum primus ego sum.
Sed ideo misericordiam consecutus
sum. ut imme primo ostenderet
xpi ihs omnem patientiam. adex
emplum eorum. qui credituri sunt
illi mutam. eternam. Vidit ergo
publicanum. & quia miserando atq
eligendo uidit. ait illi. sequere me.
Sequere autem dixit. imitare.
Sequere dixit. nontam incessupedu.
quamexecutione morum.
Qui enim dicit se inxpomanere. deb&
sicut ille ambulauit & ipse ambulare.
Quod est nonambire terrena. non
caduca lucra sectari. Fugere
honores infimos. contemptum
mundi omnem procelesti gloria
libenter amplecti. Cunctis pro
desse amare. Iniurias nulli infer
re. ac sibi illatas patienter sufferre.
Sed & inferentibus. adno uenian
postolare. Nonumquam suam.
sedconditoris semper gloriam que
rere. Quot quot ual & secum
adamorem super norum erigere.
Haec & huius modi gerere. xpi est
uestigia sequi. Et surgens inquit
secutus est eum. Non est
mirandum quod publicanus

ad primam iubentis dn uocem
terrena quae curabat lucra reli
querit · opibusq; neglectis illius
comitatui quem nil diuitiarum
habere cernebat adhaesit ·
Ipse enim dnis qui eum foris uerbo uo
cauit · intus inuisibili instinctu
ut se sequeretur edocuit · Infun
dens mentis illius lumen gratiae
spiritalis · qua intellegeret · quia is
qui a temporalibus auocabat interris ·
incorruptibiles in caelis dare thes
5 auros ualeret · Surgens inquit se
5 cutus est eum · Surexit ut sequere
tur · Dimisit caduca quae gere
bat · ut consequeretur aeterna ·
ad quae illum uertas inuitabat ·
Quale est illud esaiae · Surge
qui dormis · & exsurge a mortuis ·
5 & inluminabit tibi xps · Et fac
5 tum est discumbente eo in domo ·
5 ecce multi publicani & peccatores
5 uenientes · discumbebant cum ihu ·
5 & discipulis eius · Vnius publicani
conuersio · multis exemplum pae
nitentiae & indulgentiae publi
canis ac peccatoribus tri buit ·
Nonenim dubitandum quia publi
cani ac peccatores esse desierant ·
quicum ihu & discipulis eius dis
cumbebant · Nec si in peccatis
perseuerare decernerent · ei qui
sine pecca to est conuesci
auderent · Publicani quippe
uocantur · qui uel publice scele
ribus fedantur uel publicis implican
tur negotiis · Quae sine peccato
aut uix · aut nullatenus ualent
administrari · Et pulchro uere
praesagio qui apostolus & doctor
gentium erat futurus · in prima
sua conuersione peccantium post
segregem trahit ad salutem ·
Officiumq; euangeli zanich quod pro
ficiente merito uirtutum erat
expleturis · a primis iam fidei suae
rudimentis incipit · Neq; enim
solum qui fratrem uerbo erudit ·
sed etiam qui exemplo ad meliora
conuertit · ministerium gerit
doctoris · Denique idem publica
ni · non tunc solum modo cum dno
discumbebant · uerum & de in
cepsi abiectis saecularibus nego
tiis · ad imitationem matthei illu
sequi gaudebant ·
Testante euangelista marco qui
dicit · Multi publicani & peccato
5 res discumbebant cum ihu & dis
5 cipulis eius · Erant enim multi
5 qui & sequebantur eum ·
Notandum autem quod lucas haec
referens dicit · quia dnis in domo
eius dem mathei · cum publicanis
discubuerit · & quia ipse con
uiuium illi magnum parauerit ·
Qui quidem matheus quantum
ad generale iudicium respicit ·

congruam beneficiis caelesti
bus. uicem rependit. ut aquo
perennia bona sperabat. illi
sua temporalia commodaret.
Eumq; corporalibus epulis refice
ret. quo ipse donante gustum
spiritalis acceperat suauitatis.
Porro si altiore intellectu quae
gesta sunt indaga recupimus. non
tantum in domo sua terrestri
conuiuium dño corporale exhi
buit. sed multo gratius illi con
uiuium in domo pectoris sui per
fidem ac dilectionem parauit.
ipso adtestante qui ait.
Ecce ego sto ad ostium & pulso.
si quis auditerit uocem meam. & ape
ruerit ianuam. introibo ad illum
& cenabo cum illo & ipse mecum.
Stat quippe ad ostium dnis & pulsat.
cum memoriam suae uoluntatis.
uel per os docentis hominis uel per
suam intus inspirationem nostro
cordi infundit. Audita autem
uoce eius. ianuam ut recipiatur
aperimus. quando illius siue secretis
seu apertis admonitionibus libenter
adsensum prebemus. & his quae
facienda cognouimus perficiendis
operam damus. Intrauero & ille
nobiscum. & nos cum illo caenamus.
quia in cordibus electorum per
amoris sui gratiam inhabitat. ut
ea semper luce suae praesentiae
reficiat. quatenus ad superna
desideria magis magisq; profici
ant. & fructis eorum caelestibus
quasi gratissimis dapibus ipse pascat.
Sequitur. Et uidentes pharisei
dicebant discipulis eius. Quare
cum publicanis. & peccatoribus man
ducat magister uester. Duplici
errore tenebantur pharisei. cum
magistro ueritatis. de suscepcione
peccatorum detrahebant. al. derogabant
Quia & se iustos arbitrabantur. qui
superbie fecstu iustitia longe
discesserant: & eos criminabantur
iniustos. qui resipiscendo a peccatis
non parum iam iustitiae propinqua
bant. Inuidia namq; fraterne salu
tis obcecati. recolebant quia publica
nus erat matheus. publicani & pecca
tores erant multi alii quicum dño
discumbebant: sed meminisse nole
bant. quia idem matheus sicut lucas
scribit relictis omnibus quae gere
bat secutus est eum. Sed & alii pu
blicani ac peccatores. eo animo cum
illo discumbebant. quo illi deinceps
adhaerere disponebant. Erra
bant ergo pharisei. qui nec aliena
nec sua saltem corda nouerant: sed
qui nouit occulta cordis. quiuenit
quaerere & saluum facere quod pe
rierat: & eos quos iam paenitentes
susceperat amplius in fide confor
tat: & eos quos adhuc superbos

tolerat & impios. ad humilitatis
ac pietatis gratiam provocat. ⁊
Nam sequitur. ⁊ Non est opus valen
tibus medico. sed male habentibus. ⁊
Ineo & enim quod male habentibus
medicum se advenisse testatur.
aug& spem optinendae sanitatis
& vitae. est quide peccatorum suorũ
languore turbati. salvatoris ac vivi
ficatoris magisterium iam sequi
coeperant. ⁊ Ineo autem quod
valentibus non opus esse medico
dicit. illorum temeritatem redar
guit. qui de sua iustitia presumen
tes. gratiae caelestis auxilium que
rere detractabant. ⁊ Quis namq; ita
iustus esse poterit. ut diuina opitu
latione non egeat. cum ille quo
innatis mulierum maior nemo est.
de se iohannes apertissime dicat. ⁊
Non potest homo accipere quicquã.
nisi fuerit ei datum de celo. ⁊
Dum vero subiungit. ⁊ Euntes
autem discite quid est misericor
diam volo & non sacrificium. Eis
dem phariseis de falsa iustitia
tumentibus. etiam consilium cor
rectionis ostendit. ⁊ Admonet
namq; eos ut per opera misericor
diae praesidia conquirant. & non
contemptis pauperum necessitati
bus. per oblationem se sacrificio
rum dnm placare confidant. ⁊
Proposuit autem eis testimonium
de propheta. & hoc illos euntes
discere iussit. ⁊ Euntes vide lic&
ate temeritate stulte vituperatio
nis. ad diligentiorem scripture
scae meditationem. vtqui cum
peccatores suscipientem. contra
scripturarum decreta facere ca
lumniabantur. ipsi se potius intelle
gerent quae essent di praecepta
nescisse. vel agnita non fecisse. ⁊
Qui enim cotidianis in templo ob
lationibus instantes. nulla delin
quentibus compassione miserebar
tur. patet profecto qua contra
sermonem profeticum. sacrificium
potius quam misericordiam quae
rebant. ⁊ At vero dns qui sicut
scriptum est pertransiuit bene
faciendo & sanando omnes oppres
sos a diabolo. & quotiens templum
intrauit. magis inibi languentes
curare. erudire nescios. contuma
ces redarguere. vel etiam foras
detrahere. quam victimas studuit
offerre. ⁊ Liquet vtiq; quia vo
luntatis diuinae quam propheta
monebat iussa perfecit. misericor
diae scilic& opus exsequendo. & non
sacrificium celebrando. ⁊ Qui etiã
reprehensoribus suis quere cum
publicanis & peccatoribus man
ducaret. rationem reddere non
despexit. ut vel sic eos a super
vacua murmuratione cohiberet.

Sed nos in praesenti quia sermo claudendus est · unum iohannis testimonium commemorare sufficiat ·⁊

Et cum darent inquit quattuor animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum · uiuenti in secula saeculorum · procidebant uiginti quattuor seniores ante sedentem in throno · & adorabunt uiuentem in saecula saeculorum · & mittebant coronas suas ante thronum ·⁊ Oportet nanq; ut quotiens aeterni regis magnificentiam in sciis euangeliorum libris praedicare cognouerimus · procidamus humiles ante illu · illius misericordiam deuotis precibus implorem us · & quicquid boni operis habere possumus · non nostris hoc meritis · sed eius semper gratiae tribuamus ·⁊ Qui sedens in throno patris · una cum spu sco · uiuit & regnat ds · in omnia saecula saeculorum · Amn ·⁊

IN VIGILIA VNIUS APOSTOLI

LEC SCI EVA SEC IOHAN

IN illo temp · Dixit ihs · discipulis suis ·⁊ Ego sum uitis uera · & pater meus agricola ·⁊ & reliq ·⁊

OMELIA BEATI AUGUSTINI EPI DE EAD LECTIONE :—

Iste locus euangelicus fratres · ubi se dicit dns uitem · & discipulos suos palmites · secundum hoc dicit · quod est caput ecclesiae · nosq; membra eius · mediator di & hominum homo xpus ihs ·⁊ Vnius quippe naturae sunt · uitis & palmites ·⁊ Propter quod cum esset ds · cuius naturae non sumus · factus est homo · ut in illo esset uitis humana natura · cuius & nos homines palmites esse possemus ·⁊

Quid ergo est · ego sum uitis uera ·⁊ Abilla utique discernit cui dicitur · Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae ·⁊ Nam quo pacto est uitis uera · quae expectata est ut faceret uuam · fecit autem spinas ·⁊

Ego sum inquit uitis uera · & pater meus agricola est ·⁊ Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum ·⁊ Et omnem qui fert fructum purgabit eum · ut fructum plus adferat ·⁊ Numquid unum sunt agricola & uitis ·⁊ Secundum hoc ergo uitis xpus · secundum quod ait · pater maior me est ·⁊ Secundum id autem quod ait · ego & pater unum sumus · & ipse agricola est ·⁊ Nec tales quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium · sed tales ut det etiam intrinsecus incrementum ·⁊ Nam neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat · sed

qui incrementum dat dñ.

Et utiq; dñ est xpſ. qui dñ erat uerbum. unde & ipſe & pater unũ ſunt. Et ſi uerbum caro factum eſt quod non erat. manſit quod erat.

Oenq; cum de patre tanquam de agricola dixiſſet. quod infructuoſos purget ut pluſ adferant fructum. continuo etiam ſe ipſum mundatorem palmitum oſtendens. iam uoſ inquit mundi eſtiſ. propter ſermonem quem locutuſ ſum uobiſ.

Ecce & ipſe mundator eſt palmitũ. quod eſt agricolę nouitas officium.

Qui etiam palmites operarios ſuos fecit. Nam & ſi non dant incrementum. impendunt tamen aliquod adiumentum. ſed non de ſuo; quia ſine me inquit nil poteſtiſ facere.

Audi etiam ipſos confitentes.

Quid autem eſt apollo. quid autem paulus. miniſtri per quos credidiſtiſ. & unicuq; ſicut dñs dedit. Ego plantauit. apollo rigauit. Et hoc ergo ſicut unicuq; dñs dedit. non utq; de ſuo. Iam uero quod ſequitur. ſed dñs incrementum dedit. non per illos. ſed per ſe ipſum facit. Excedit hoc humanam humilitatem. excedit angelicam ſublimitatem. nec omnino pertinet niſi ad agricolam trinitatem. Iam uoſ mundi eſtiſ.

Mundi ſcilicet atq; mundandi.

Neq; enim niſi mundi eſſent fructũ ferre potuiſſent. & tamen omnem qui fert fructum purgat agricola. ut fructum pluſ adferat.

Fert fructum quia mundus eſt. atq; ut pluſ adferat purgatur adhuc.

Quis enim eſt in hac uita ſic mundus. ut non ſit magis magisq; mundandus. Vbi ſi dixerimuſ quia peccatum non habemuſ. noſ ipſoſ ſeducimuſ. & ueritas in nobiſ non eſt.

Si autem confeſſi fuerimuſ peccata noſtra. fidelis eſt & iuſtus qui dimittat nobiſ peccata. & mundet noſ ab omni iniquitate. Mundet utiq; mundoſ. hoc eſt fructuoſoſ. ut tanto ſint fructuoſiores. quanto fuerint mundiores. Iam uoſ mundi eſtiſ. propter uerbum quod locutuſ ſum uobiſ. Quare non ait. mundi eſtiſ propter baptiſmum. quo abluti eſtiſ. ſed ait propter uerbum quod locutuſ ſum uobiſ. niſi quia & in aqua uerbum mundat.

Oe trahe uerbum. & quid eſt aqua niſi aqua. Accedit uerbum ad elementum. & fit ſacramentum. etiam ipſum tanquam uiſibile uerbum. Nam de hoc utiq; dixerat. quando pedeſ diſcipuliſ lauit.

Qui lotuſ eſt non indiget & ut lauet. ſed eſt mundus totus. Vnde iſta tanta uirtuſ aquę. ut corpuſ tangat & cor abluat. niſi faciente uerbo. non quia dicitur ſed quia creditur.

Nam & in ipso uerbo · aliud est sonus
transiens · aliud uirtus manens ·
Hoc est uerbum fidei · quod predica
mus · ait apostolus · Quia si confes
sus fueris in ore tuo quia dns est ihs ·
& credideris in toto corde tuo · quia ds
illum suscitauit a mortuis · saluus eris ·
Corde enim creditur ad iustitiam ·
ore autem confessio fit ad salutem ·
Vnde & in actibus apostolorum legitur ·
Fide mundans corda eorum ·
Et in epistola sua beatus petrus · sic
& uos inquit baptisma saluos facit ·
Non carnis depositio sordium · sed consci
entiae bonae interrogatio ·
Hoc est uerbum fidei quod predicamus ·
quo sine dubio ut mundare possit ·
consecratur & baptismus · Xps quippe
nobiscum uitis · cum patre agricola ·
dilexit ecclesiam · & se ipsum tradi
dit pro ea · Lege apostolum & ui
de quid adiungat · Vt eam sci fica
re & inquit & mundans eam lauacro
aquae in uerbo · Mundatio igitur
nequaquam fluxo & labili tribue
retur elemento · nisi adderetur
in uerbo · Hoc uerbum fidei tan
tum ualet in ecclesia di · ut per ip
sam credentem offerentem · bene
dicentem · tinguentem · etiam
tantillum mundet infantem · qui
uis nondum ualentem corde cre
re ad iustitiam · & ore confiteri
ad salutem · Totum hoc fit per
uerbum · de quo dns ait · Iam uos
mundi estis · propter uerbum quod
locutus sum uobis · Manete inquit
in me · & ego in uobis · Non eo modo
illi in ipso · sicut ipse in illis · utrumq;
enim prodest · non ipsi · sed illis ·
Ita sunt quippe in uite palmites ·
ut uiti non conferant · sed inde acci
piant unde uiuant · Ita uero uitis
est in palmitibus · ut uitale alimentum
subministret eis · non sumat a eis ·
Aeper hoc & manentem in se habere
xpm · & manere in xpo · discipulis
prodest utrumq; · non xpo · Nam
praeciso palmite · potest de uiua ra
dice alius pululare · Qui autem
praecisus est · sine radice non potest
uiuere · Denique adiungit & dicit ·
Sicut palmes non potest ferre fructum
a semetipso nisi manserit in uite ·
sic nec uos · nisi in me manseritis ·
Magna gratiae commendatio fratres
mei · corda instruit humilium ·
ora obstruit superborum · Ecce
cui si audent respondeant · qui ignoran
tes di iustitiam & suam uolentes
constituere iustitiae di non sunt
subiecti · Ecce cui respondeant
sibi placentes · & ad bona opera faci
enda dm sibi necessarium non pu
tantes · Nonne huic resistunt
ueritati · homines mente corrupti
reprobi circa fidem · qui respondent
& locuntur iniquitatem · dicentes ·

Adō habemus quod homines sumus.
a nobis ipsis autem quod iusti sumus.

Quid dicitis. qui uos ipsos decipitis. non
adsertores. sed praecipitatores liberi
arbitrii: exalto elationis. per mania
praesumptionis. in profunda sub
mersionis. Nempe uox uestra est.
quod homo ex semetipso facit iustitiā.

hoc est altum elationis uestre.

Sed ueritas contradicit. & dicit.

Palmis non potest ferre fructum
a semetipso. nisi manserit in uite.

Ite nunc per abrupta. & non haben
tes ubi figamini. uentosa loquacita
te laetamini. haec sunt mania
praesumptionis uestrae. Sed quid
uos sequatur uidete. & si est in uobis
ullus sensus horrete. Qui enim
a semetipso se fructum existimat
ferre. in uite non est. Qui in uite
non est. in xpo non est. Qui in xpo
non est. xpianus non est. haec sunt
profunda submersionis uestrae.

Etiam atq; etiam considerate: quid
adhuc ueritas adiungat. & dicat.

Ego sum inquit uitis. uos palmites.
Qui manserit in me & ego in eo. hic fert
fructum multum. quia sine me
nihil potestis facere. Nequisquam
putar& saltem paruum aliquem
fructum posse a semetipso palmite
ferre. cum dixiss& hic fert fruc
tum multum. non ait. quia sine
me paruum potestis facere. sed
nihil potestis facere. Siue ergo
parum siue multum. sine illo fieri
non potest. sine quo nihil fieri potest.

Quia & si parum adtulerit palmes.
eum purgat agricola ut plus adferat:
tamen nisi in uite manserit. & uixe
rit de radice: quantum lib& fructū.
a semetipso non potest ferre.

Quam uis autem xps uitis non esset
nisi homo ess&. tam istam gratiam
palmitibus non praeberet. nisi etiā
dis ess&. Verum quia ita sine ista
gratia non potest uiui. ut mors
in potestate sit liberi arbitrii. si quis
inme inquit non manserit. mitt&tur
foras sicut palmes. & ariū& & col
ligent eum & in ignem mitten
&ard&. Ligna itaq; uitis tanto
sunt contemptibiliora. si in uite
non manserint. quanto gloriosiora
si manserint. Denique sicut debis
etiam per ezechielem prophetam
dnis dicit. praecisa nullis agricola
rum usibus pro sunt. nullis fabrili
bus operibus deputantur.

Vnum de duobus palmiti congruit.
aut uitis. aut ignis. Si in uite
non est. in igne erit. Vt ergo in
igne non sit. in uite sit.

Si manseritis inme inquit. & uerba
mea in uobis manserint: quodcumq;
uoluerritis petetis. & fiet uobis.

Manendo quippe in xpo. quid uelle
possunt nisi quod conuenit xpo.

Quid uelle possunt manendo in
saluatore · nisi quod non alium est
a salute · ⁊ Aliud quippe uolumus
quia sumus in xpo · & aliud uolumus
quia sumus adhuc inhoc seculo · ⁊
De mansione namq; huius saeculi ·
nobis aliquando subrepit · ut hoc
petamus quod nobis non expedire
nescimus · ⁊ Sed absit ut fiat nobis ·
si manemus in xpo · qui non facit
quando petimus · nisi quod expedit
nobis · ⁊ Manentes ergo in eo · cum
uerba eius in nobis manent · quod
cumq; uoluerimus petimus & fi& nobis ·
Quia si petimus & non fiet · non hoc
petimus quod hab& mansio in eo ·
nec quod habent uerba eius quae
manent in nobis · sed quod habet
cupiditas & infirmitas carnis · quae
non est in eo · & in qua non manent
uerba eius · ⁊ Nam utiq; a uerba
eius pertinet oratio illa quam
docuit · ubi dicimus · pater noster
qui es in caelis · ⁊ Ab huius orationis
uerbis & sensibus non recedamus
petitionibus nostris · & quicquid
petimus fi& nobis · ⁊ Tunc enim
dicenda sunt uerba eius in nobis
manere · quando facimus quae pre
cepit · & diligimus quae promisit · ⁊
Quando autem uerba eius manent
in memoria nec inueniuntur inuita ·
non conputantur palmes inutile · quia
uitam non adtrahit ex radice · ⁊

Ad hanc differentiam ual& quod
scriptum est · ⁊ Memoria reti
nentibus mandata eius · ut faciant
ea · ⁊ Multi enim memoria reti
nent · ut contem nant · uel etiam
derideant · aut ob pugnent · ⁊
In his uerba xpi non manent · quia
tangunt quodam modo · non cohe
rent · ⁊ Et ideo illis non erunt
in beneficium · sed in testimonium · ⁊
Et quia sic insunt eis ut non mane
ant in eis · ad hoc tenentur a eis ·
ut iudicentur ex eis · ⁊ Magis magisq;
saluator gratiam qua saluamur
discipulis loquendo commendans ·
In hoc inquit glorificatus est pater
meus · ut fruc tum plurimum ad
feratis · & efficiamini mei discipuli · ⁊
Siue glorificatus · siue clarificatus
dicatur · ex uno uerbo greco utrumq;
trans latum est quod est · doxaste · ⁊
Doxa enim quae graece dicitur ·
latine gloria est · ⁊ Si ergo in hoc
glorificatus est dñs pater · ut fruc
tum plurimum afferamus & effici
amur xpi discipuli : non hoc nostrae
gloriae tribuamus · tamquam hoc
ex nobis ipsis habeamus · ⁊ Eius est
enim haec gratia · ⁊ Et ideo in hoc ·
non nostra · sed eius est gloria · ⁊
Vnde & alibi cum dixisset · sic luceat
lumen uestrum coram hominibus ·
ut uideant bona opera uestra ·
ne a semetipsis putarent esse bona

opera sua · mox addidit · & glorifi
cent patrem uestrum qui in celis est · ⁊
In hoc enim glorificatur pater · ut
fructum afferamus · & efficiamur
xpi discipuli · ⁊ A quo efficiamur ·
nisi a illo cuius misericordia prae
uenit nos · ⁊ Ipsius enim sumus
figmentum · creati in xpo ihu in ope
ribus bonis · ⁊ Sicut dilexit me
pater inquit · & ego dilexi uos ·
manete in dilectione mea · ⁊
Ecce unde fiunt nobis opera bona · ⁊
Nam unde nobis essent · nisi quia
fides per dilectionem operatur · ⁊
Vnde autem diligeremus · nisi prius
diligeremur · ⁊ Apertissime hoc
in epistola sua iste euangelista
dixit · ⁊ Nos diligimus · quo ipse
prior dilexit nos · ⁊ Quod autem
ait · sicut dilexit me pater & ego
dilexi uos · non aequalitatem na
turae ostendit nostrae & suae ·
sicut est patris & ipsius · sed gratia
qua mediator est di & hominum ·
homo xps ihs · ⁊ Mediator quippe
monstratur cum dicit · ⁊ Diligit
me pater · & ego uos · ⁊ Nam pater
utique dilexit & nos · sed in ipso · ⁊
Quia in hoc glorificatur pater · ut
fructum adferamus in uite · hoc est
in filio · & efficiamur eius disci puli · ⁊
Manete inquit in dilectione mea · ⁊
Quomodo manebimus · audiquid
sequatur · ⁊ Si praecepta mea
inquit seruaueritis · manebitis
in dilectione mea · ⁊ Dilectio
facit praecepta seruari · an prae
cepta seruata faciunt dilectio
nem · ⁊ Sed quis ambigat quod
dilectio praecedit · ⁊ Vnde enim
praecepta seru& · non habet qui
non diligit · ⁊ Quod ergo ait ·
si praecepta mea seruaueritis ·
manebitis in dilectione mea ·
ostendit non inde dilectio gene
retur · sed inde monstretur · ⁊
Tamquam diceret · ⁊ Nolite uos
putare manere in dilectione mea ·
si non seruatis praecepta mea · ⁊
Si enim seruaueritis · manebitis · ⁊
Hoc est · hinc apparebit quod in di
lectione mea manebitis · si mea
praecepta seruabitis · ⁊ Vt nemo
se fallat dicendo quod eum diligat ·
si eius praecepta non seru& · ⁊
Nam in tantum eum diligimus ·
in quantum eius praecepta serua
mus · ⁊ In quantum autem minus
seruamus · minus diligimus · ⁊
Quamuis quod ait manete in dilec
tione mea · non apparet quam dixe
rit dilectionem · utrum qua eum
diligimus · an qua ipse nos diligit ·
sed ex uerbo superiore dinoscitur · ⁊
Dixerat quippe · & ego dilexi uos · ⁊
Cui uerbo · continuo subiunxit · ⁊
Manete in dilectione mea · ⁊ Illa ergo
qua dilexit eos · ⁊ Quid est ergo ·

manete indilectione · nisi mane
te ingratia mea · ⁊ Et quid est ·
si praecepta mea seruaueritis · ma
nebitis indilectione mea · nisi ex hoc
scietis quod indilectione mea qua
uos diligo manebitis · si mea prae
cepta seruabitis · ⁊ Non ergo ut
nos diligat · prius eius praecepta
seruamus · sed nisi nos diligat · prae
cepta eius seruare non possumus · ⁊
Haec est gratia quae humilibus
patet · superbos latet · ⁊ Sed quid
illud est quod adiungit ·
Sicut & ego patris mei praecepta
seruaui · & maneo meius dilectione · ⁊
Vtq; etiam hic hanc dilectionem
patris intellegi uoluit · qua eum
diligit pater · ⁊ Itaquippe dixerat ·
Sicut dilexit me pater · & ego dilexi
uos · ⁊ Atq; his uerbis illa subiun
xit · ⁊ Manete indilectione mea ·
illa procul dubio · qua dilexi uos · ⁊
Ergo quod ait etiam de patre ma
neo meius dilectione · illa scilic&
accipienda est · qua dilexit eum
pater · ⁊ Sed numquid & hic gra
tia intellegenda est qua pater
diligit filium · sicut gratia est
qua nos diligit filius · cum simus
nos filii gratia non natura · un
genitus autem non natura sed
gratia · An hoc etiam in ipso
filio · ad hominem referendum est ·
ita sane · ⁊ Nam dicendo · sicut

dilexit me pater · & ego dilexi uos ·
gratiam mediatoris ostendit · ⁊
Mediator autem dī & hominum ·
non in quantum dī · sed in quan
tum homo est xpī ihū · ⁊ Et pro
fecto secundum id quod homo
est · de illo legitur · ⁊ Et ihū pro
ficiebat sapientia & gratia · apud
dm̄ & homines · ⁊ Secundum hoc
igitur recte possumus dicere ·
quod cum ad naturam dī non per
tineat humana natura · ad per
sonam tamen unigeniti filii dī ·
per gratiam pertin& humana
natura · & tanta gratia ut nulla
sit maior · nulla prorsus aequalis · ⁊
Neq; enim illam susceptionem
hominis ulla merita praeceſse
runt · sed ab illa susceptione merita
eius cuncta coeperunt · ⁊
Man& ergo filius in dilectione qua
eum dilexit pater · & ideo seruauit
praecepta eius · ⁊ Quid est enim
& ille homo · nisi quod dī suscep
tor est eius · ⁊ Dī enim erat
uerbum · unigenitus gignenti
coeternus · sed ut mediator dare
tur nobis · per ineffabilem gra
tiam · uerbum caro factum est
& habitauit in nobis · ⁊

IN NATALE V.
NIUS APOSTOLI ·

LIC SCI EVA SEC IOHAN.

IN illo temp. Dixit ihs discipulis suis. Hoc est praeceptum meum. ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. ⁊ &reliq.

OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIONE.

Cum cuncta sacra eloquia dominicis plena sint praeceptis. quid est quod de dilectione. quasi de singulari mandato dns dicit.

Hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem. nisi quia omne mandatum de sola dilectione est.

Et omnia unum praeceptum sunt. quia quicquid praecipitur. in sola caritate solidatur. ⁊ Vt enim multi arboris rami exuna radice prodeunt. sic multae uirtutes exuna caritate generantur. ⁊

Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis. sinon manet in radice caritatis. ⁊

Praecepta ergo dominica. & multa sunt & unum. ⁊

Multa per diuersitatem operis. unum in radice dilectionis. ⁊

Qualiter autem ista dilectio sit tenenda. ipse insinuat. qui in plerisq; scripturae suae sententiis. & amicos iubet diligi in se. & inimicos diligere propter se. ⁊ Ille enim ueraciter caritatem habet. qui & amicum diligit in dō. & inimicum diligit propter dm. ⁊

Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos. sed per affectum cognationis & carnis. ⁊ Quibus tamen in hac dilectione. sacra eloquia non contradicunt. ⁊ Sed aliud est quod sponte impenditur naturae. aliud quod praeceptis dominicis ex caritate debetur oboedientiae. ⁊

Hi nimirum & proximum diligunt. & tamen illa sublimia dilectionis praemia non assecuntur. quia amorem suum non spiritaliter. sed carnaliter impendunt. ⁊ Pro inde cum dns diceret. hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem. protinus addidit. ⁊ Sicut dilexi uos. ⁊

Ac si aperte dicat. ⁊ Ad hoc amate. ad quod amaui uos. ⁊ Qua re fratres carissimi solerter intuendum est. quod anti quus hostis dum mentem nostram ad rerum temporalium dilectionem trahit. Infirmiorem contra nos proximum excitat. qui ea ipsa quae diligimus. auferre molitur. ⁊

Nec curat antiquus hostis acc faciens. ut terrena tollat. sed ut can

tatem in nobis feriat. ⁊ Nam
modo repente exardescimus.
& dum foris mulcti esse cupimus.
intus grauiter ferimur. Dum
parua foris defendimus. intus
amittimus maxima. ⁊ Quia dum
rem diligimus temporalem. ue
amittimus dilectionem. ⁊
Omnis quippe qui nostra tollit.
inimicus est. ⁊ Sed subito habere
coeperimus inimicum. intus est
quod perdimus. ⁊ Cum ergo aliqui
exterius a proximo patimur. con
tra occultum raptorem interius
vigilemus. ⁊ Quinunquam me
lius vincitur. nisi cum raptor ex
terior amatur. ⁊ Vna quippe &
summa est probatio caritatis. si
& ipse diligitur qui aduersatur. ⁊
Hinc est quod ipsa veritas & crucis
patibulum sustin&. & tamen ipsis
suis persecutoribus affectum
dilectionis impendit dicens. ⁊
Pater ignosce illis. quia nesciunt quid
faciunt. ⁊ Quid ergo mirum si inimi
cos diligant discipuli dum viuunt
quando & tunc inimicos diligit
magister cum occiditur. ⁊ Cuius
dilectionis summam exprimit
cum subiungit. ⁊ Maiorem hac
dilectionem nemo hab&. ut animam
suam ponat quis pro amicis
suis. ⁊ Mori etiam pro inimicis
dns uenerat. & tamen po situru

se animam pro amicis dicebat. ⁊
Vt profecto nobis ostender&. quia
cum diligendo lucrum facere
de inimicis possimus. etiam ipsi
amici sunt qui persecuntur. ⁊
Sed ecce nos usq; ad mortem nemo
persequitur. Vnde ergo pro
bare possimus. an diligimus ami
cos. ⁊ Sed est quod in pace sce
ecclesiae fieri debeat. unde cla
rescat. si persecutionis tempore
mori pro dilectione ualeamus. ⁊
Certe idem iohannes dicit. ⁊
Qui habuerit substantiam mundi.
& uiderit fratrem suum necesse
habere. & clauserit uiscera sua
abeo. quomodo caritas di man&
meo. ⁊ Hinc etiam iohannes
baptista ait. ⁊ Qui habet
duas tunicas. det non habenti.
Qui ergo tranquillitatis tempore
non dat pro dō tunicam suam.
quando in persecutione dature
est animam suam. Virtus ergo
caritatis ut inuicta sit in per
turbatione. nutriatur per mise
ricordiam in tranquillitate.
Quatenus omnipotenti dō primū
discat sua impendere. post mo
dum se. ⁊ Sequitur. ⁊ Vos amici
mei estis. ⁊ O quanta est mi
sericordia conditoris nostri.
serui digni non fuimus. & amici
uocamur. ⁊ Quanta est dignitas

hominum esse amicos di. ⁊
Sed audistis gloriam dignitatis.
audite & laborem certaminis. ⁊
Si feceritis quae ego precipio uobis.
Amici mei estis. si ea quae praeci
pio facitis. ⁊ Ac si aperte dicat. ⁊
Gaudetis de culmine. pensate
quibus laboribus uenitur ad cul
men. ⁊ Certe dum filii Zebedei
inter uenientes matre quaererent.
ut unus ad dextris di & alius a sinis
tris sedere debuissent. audierunt.
Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum. ⁊ Iam locum cel
situdinis quaerebant. ad uam
illos ueritas reuocat. per quam
ad celsitudinem uenirent. ⁊
Ac si dicatur. ⁊ Iam uos locus de
lectat celsitudinis. sed prius
ua exerceat laboris. ⁊ Per cali
cem. pertingitur ad maiestatem.
Si mens uestra appetit quod de
mulcet. prius bibite quod dol&. ⁊
Sic sic per amarum poculum
confectionis. peruenitur ad
gaudium salutis. ⁊ Iam non
dicam uos seruos. quia seruus
nescit quid faciat dns eius. ⁊
Vos autem dixi amicos. quia om
nia quaecunq; audiui a patre
meo. nota feci uobis. ⁊
Quae sunt omnia quae audiuit
a patre suo quae nota fieri uolu
it seruis suis ut eos efficeret
amicos suos. nisi gaudia internae
caritatis. nisi illa festa supernae
patriae. quae nostris cottidie
mentibus per aspirationem sui
amoris imprimit. ⁊ Dum enim
audita super caelestia amamus.
amata iam nouimus. quia amor
ipse notitia est. ⁊ Omnia ergo
eis nota fecerat. qui a terrenis
desideriis immutati amoris sum
mi facibus ardebant. ⁊ Istos uero
amicos di aspexerat propheta
cum dicebat. ⁊ Mihi autem nimis
honorificati sunt amici tui dē. ⁊
Amicus enim. quasi animi custos uo
catur. ⁊ Quia igitur psalmista
prospexit electos di. a mundi huius
amore separatos custodire inman
datis celestibus uoluntatem di.
miratus est amicos di dicens. ⁊
Mihi autem nimis honorificati
sunt amici tui dē. ⁊ Et tanquam
si abeo protinus causas honoris
tanti nobis insinuari quaerere
mus. ilico adiunxit. ⁊ Nimis
confortatus est principatus eorū. ⁊
Ecce electi di carnem domant.
spm roborant. demonibus impe
rant. uirtutibus coruscant. ⁊
Presentia despiciunt. aeternam
patriam cum uoce moribus prae
dicant. eam etiam morendo
diligunt. atq; ad illam per tor
menta pertingunt. ⁊ Occidi

possunt · & flecti nequeunt ·⁊
Nimis ergo confortatus est princi
patus eorum ·⁊ Inista ipsa passio
ne quaceciderunt inmorte carnis·
uidete quantumfuerit culmen
mentis ·⁊ Unde hoc? nisi quia con
fortatus est principatus eorum ·⁊
Sed sic magni forsitan pauci sunt ·
subiunxit ·⁊ Dinumerabo eos ·
& super harenam multiplicabun
tur ·⁊ Totum mundum fratres
aspicite · martiribus plenus est ·⁊
Iam pene tot quiuideamus non
sumus · quot ueritatis testes habe
mus ·⁊ Oo ergo numerabiles ·
nobis super harenam multiplica
ti sunt : quia quanti sint anobis
conprehendi nonpossunt ·⁊
Sed quisquis adhanc peruenit
dignitatem ut amicus uocetur di·
se se inse conspiciat · dona autem
quae percipit super se ·⁊ Nihil
suis meritis tribuat · ne adinimi
citias erumpat ·⁊ Vnde & subdi
tur ·⁊ Nonuos me elegistis · sed
ego elegi uos ·⁊ Et posui uos ut
eatis · & fructum afferatis ·⁊
Posui adgratiam · plantaui · ut ea
tis uolendo · fructum afferatis
operando ·⁊ Eatis enim uolen
do dixi · quia uelle aliquid fa
cere iam mente ire est ·⁊
Qualem uero fructum afferre
debeant subditur ·⁊ Et fructus
uester maneat ·⁊ Omne quod
secundum praesens seculum labo
ramus · uix usq; admortem sufficit ·⁊
Mors namq; inter uenienis · fructi
nostri laboris abscidit ·⁊ Quoduero pro
aeterna uita agitur · etiam post
mortem seruatur ·⁊ Et tunc
apparere incipit · cum laborum
carnalium fructus coeperit non
uideri ·⁊ Ibi ergo illa retributio
inchoat · ubi ista terminatur ·⁊
Quisquis igitur iam aeterna cogno
uit · apud eius animum temporales
fructus uilescant ·⁊ Tales fruc
tus operemur quimaneant; tales
fructus operemur · quicum mors
cuncta interimat · ipsi exordium
amorte sumant ·⁊ Nam quod
amorte incipiat fructus di · testa
tur propheta quidicit ·⁊ Cum
dederit dilectis suis somnum · haec
est hereditas dni ·⁊ Omnis
quidormit inmorte · perdit here
ditatem ·⁊ Sed cumdederit
dilectis suis somnum · haec est he
reditas dni · Quia electi di
post quam peruenerint admor
tem · tunc inueniunt heredita
tem ·⁊ Sequitur ·⁊ Vt quodcumq
petieritis patrem innomine
meo · det uobis ·⁊ Ecce hic dicit
quod cumq; petieritis patrem
innomine meo det uobis · rursum
alibi per eundem euangelistam

dicit. ⁊ Siquid petieritis patrem
innomine meo dabit uobis. ⁊
Usq; modo. nonpetistis quicquam
innomine meo. ⁊ Si omne quod
petimus innomine filii dat nobis
pater. Quid est quod paulus
ter dnm rogauit & exauditi
non meruit. sed dictum est illi.
sufficit tibi gratia mea. ⁊
Nam uirtus. in infirmitate per
ficitur. ⁊ Numquid ille tam
egregius praedicator. in filii no
mine nonpetiit. ⁊ Quare autē
non accepit quod petit. ⁊
Quomodo ergo uerum est. quia
quicquid petierimus innomine
filii dat nobis. si auferri a se an
gelum satane petiit apostolus
innomine filii. & tamen quod
petiit non accepit. ⁊ Sed quia
nomen filii ihs est. ihs autem
saluator uel etiam salutaris dica
tur. ille ergo innomine saluato
ris petit. qui illud petit quod
adueram salutem pertinet. ⁊
nam si id quod non expediat
petatur. non innomine ihū peti
tur pater. ⁊ Vnde & eisdem
apostolis adhuc infirmantibus
dns dicit. ⁊ Usq; modo non pe
tistis quicquam innomine meo. ⁊
Ac si aperte diceretur. ⁊ Non pe
tistis innomine saluatoris. qui
nescitis quaerere aeternam
salutem. ⁊ Hinc est quod & pau
lus non exauditur. quia si libera
retur a temptatione. ei non prode
rat ad salutem. ⁊ Ecce uidemus
fratres carissimi. quam multi
ad solemnitatem martyris con
uenistis. genua flectitis. pectus
tunditis. uoces orationis ac con
fessionis emittitis. faciem lacri
mis rigatis. sed pensate quaeso
petitiones uestras. uidete si inno
mine ihū petitis. id est si gaudia
salutis aeternae postulatis. ⁊
In domo enim ihū ihm nonquerimus.
si in aeternitatis templo. importu
tune pro temporalibus oratis. ⁊
Ecce alius in oratione quaerit uxo
rem. alius petit uillam. alius
postulat uestem. alius dari sibi de
precatur alimentum. ⁊ Et quidem
cum haec desunt. ab omni potente
dō petenda sunt. ⁊ Sed meminisse
continue debemus. quod ex manda
to eiusdem nostri redemptoris acci
pimus. quaerite primum regnum
dī & iustitiam eius. & haec omnia
adicientur uobis. ⁊ Et haec itaq;
ab ihū petere non est errare. si
tamen non in nomine petantur. ⁊
Sed adhuc quod est grauius. alius
postulat mortem inimici. eumq;
quem gladio non potest. persequi
tur oratione. ⁊ Et uiuit adhuc
qui maledicitur. & tamen si

quimaledicit · iam demorte illius
reus tenetur · ⁊ Iubet autem dñs
ut diligatur inimicus · & tamen
rogatur dñs · ut occidat inimicum · ⁊
Quis quis itaq; sic orat · impsis suis
precibus contra conditorem pugnat · ⁊
Unde & sub iudae specie dicitur · ⁊
Fiat oratio eius inpeccatum · ⁊
Oratio quippe inpeccato est · illa
petere · quae prohibet ipse qui
petitur · ⁊ Hinc ueritas dicit · ⁊
Cum statis adorandum · remitti
te siquid habetis incordibus uestris · ⁊
Quam uirtutem remissionis aper
tius ostendimus · si unum testimo
nium testamenti ueteris profera
mus · ⁊ Certe cum iudaea conditoris sui iustitiam culpis exigentibus offendisset · prophetam suum ab oratione dñi prohibens dicit · ⁊
Non adsumas laudem & orationem pro eis · ⁊ Simoises & samuel steterint coram me · non est anima mea ad populum istum · ⁊
Quid est quod inter missis relictisq; tot patribus · soli moises · & samuel ad medium deducuntur · quorum intra optinendi uirtus ostenditur · dum ipsi posse intercedere dicuntur · ⁊ Ac si aperte dñs dicat · ⁊
Nec illos audio · quos propter magnum petitionis suae meritum minime contemno · ⁊ Quid ergo est quod moises & samuel ceteris patribus inpostolatione praeferuntur · nisi quod duo hi tantum modo incuncta testamenti ueteris serie · etiam pro inimicis suis leguntur exorasse · ⁊ Vnus apopulo lapidibus impetitur · & tamen prolapidatore suo dñm deprecatur · ⁊ Alter exprincipatu deicitur · & tamen petitus ut exoraret fatetur direns · ⁊
Absit ame hoc peccatum indño · quo minus cessem orare pro uobis · ⁊
Si moises · & samuel steterint coram me · non est anima mea adpopulum istum · ⁊ Ac si aperte dicat · ⁊ Nec illos modo pro amicis audio · quos magnae uirtutis merito · orare etiam pro inimicis scio · ⁊ Virtus ergo uere orationis est · caelsitudo caritatis · ⁊ Et tunc quisq; quod recte petit adipiscitur · cum eius animus inpetitione nec inimici odio fuscatur · ⁊
Sed plerumq; reluctantem animum uincimus · ut etiam pro inimicis oremus · ⁊ Fundit os pro aduersariis precem · sed utinam cor teneat amorem · ⁊ Namsepe & orationem inimicis nostris inpendimus · sed hanc exprceptione potius fundimus · quam excaritate · ⁊
Nam & uitam inimicorum petimus · & tamen ne exaudiamur timemus · ⁊
Sed quia internus iudex mentem

potius quam uerba considerat.
pro inimico nihil postulat. qui pro
eo excaritate nonorat. ⁊ Sed ecce
inimicus grauiter deliquit: damna
intulit. iuuantes laesit: amantes
persecutus est: retinenda
haec essent. si remittenda nobis
delicta non essent. ⁊ Aduocatus
enim noster precem nobis in causa
nostra conposuit: ipse eiusdem
causae iudex est qui aduocatus. ⁊
Preci autem quam conposuit. con
ditionem inseruit dicens. ⁊ Dimit
te nobis debita nostra. sicut nos
dimittimus debitoribus nostris. ⁊
Quia ergo ipse iudex uenit. qui ad
uocatus extitit: ipse precem ex
audit. qui fecit. ⁊ Aut ergo non faci
entes dicimus. dimitte nobis debita
nostra sicut nos dimittimus de
bitoribus nostris: nos metipsos
hoc dicendo amplius ligamus: aut
fortasse hanc conditionem in ora
tione interminimus. aduocatus
noster precem quam conposuit
non recognoscit. atq; apud se pro
tinus dicit. ⁊ Scio quid monui.
non est ipsa oratio quam feci. ⁊
Quid ergo nobis agendum est fra
tres. nisi ut uerae caritatis affec
tum impendamus fratribus:
nulla in corde malitia meneat. ⁊
Consideret omnipotens dominus ergo
proximum caritatem nostram.
ut nostris impendat iniquitati
bus pietatem suam. ⁊ Mementote
quod monemur. dimittite & dimit
tetur uobis. ⁊ Ecce & debetur
nobis. & debemus. ⁊ Dimittamus
ergo quod debetur nobis. ut dimit
tatur quod debetur a nobis. ⁊
Sed ad haec mens renititur. & uult
implere quod audit. & tamen re
luctatur. ⁊ Ad martyris tumbe
consistimus. qui ad caeleste regnum.
ex qua morte peruenerit scimus. ⁊
Nos si proxpo corpus non ponimus.
saltim animum uincamus. ⁊
Placatur dominus isto sacrificio. ad probat
in iudicio pietatis suae. uictoriam
pacis nostrae. ⁊ Certamen nostri cor
dis aspicit. & qui post uincentes
remunerat. nunc decertantes iuuat. ⁊
Per ihm xpm dnm nostrum. qui uiuit
& regnat dominus in unitate spsci. per om
nia saecula saeculorum. ⁊

Feria IIII DE IAD EM LECTION SERMO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI.

Hoc est praeceptum
meum ut diligatis in
uicem sicut dilexi uos. ⁊
Siue dicatur precep
tum. siue mandatum:
ex uno greco utrumq;
interpretatur quod est entole. ⁊
Iam uero istam sententiam & antea
dixerat. de qua me uobis ut potui

disputasse meminisse debetis. ⁊ Ibi enim
sic ait. ⁊ Mandatum nouum do uobis. ut dili
gatis inuicem sicut dilexi uos. ut & uos
diligatis inuicem. ⁊ Huius itaq; manda
ti repetitio. commendatio est. ⁊ Nisi
quod ibi. mandatum inquit nouum
do uobis: hic autem. hoc est inquit
mandatum meum. ⁊ Ibi tanquam non fu
erit ante tale mandatum. hic tanquam
non sit aliud eius mandatum. ⁊ Sed ibi
dictum est nouum. ne inueterata nostra
perseueremus: hic dictum est meum. ne
contemnendum putemus. ⁊ Quod autem
hic ita dixit. hoc est mandatum meum.
uel ut non sit aliud. quid putamus fra
tres mei. numquid nam solum eius de
ista dilectione mandatum est qua diligi
mus inuicem. non ne est & aliud maius
ut diligamus dm. aut uero de sola nobis
ds dilectione mandauit. ut alia non in
quiramus. ⁊ Tria certe commendat
apostolus dicens. ⁊ Manent autem
fides. spes. caritas. tria haec. ⁊ Maior
autem horum caritas. ⁊ Et fin caritas
te hoc est in dilectione concludunt
duo illa praecepta. maior tamen dicta
non sola. ⁊ O fide igitur nobis
quam multa sunt. quam multa desper
quis potest cuncta colligere. quis enu
merando sufficere. ⁊ Sed intuamur
quod ait idem apostolus. ⁊ Plenitu
do legis. caritas. ⁊ Vbi ergo caritas
est. quid est quod possit deesse. ⁊
Vbi autem non est. quid est quod possit
prodesse. ⁊ Qui enim credit nec diligit.
qui non credit. frustra quidem. sed tam
potest sperare uenia. qui non diligit.
nemo autem potest desperare qui diligit.
Itaq; ubi dilectio est proximi. ibi neces
sario fides. & spes. ⁊ Et ubi dilectio
proximi. ibi necessario etiam dilectio dei. ⁊
Qui enim non diligit dm. quomodo diligit
proximum tanquam seipsum. quando
quidem non diligit. & seipsum. ⁊ Est
quippe impius. & iniquus. ⁊ Qui autem
diligit iniquitate. non plane diligit
sed odit animam suam. ⁊ Hoc ergo prae
ceptum dni teneamus. ut nos inuicem
diligamus. & quicquid aliud precedit
faciemus. ⁊ Quo quicquid est aliud
hic habemus. ⁊ Discernitur quippe
ista dilectio a bea dilectione. qua se in
uicem diligunt homines. sicut homines. ⁊
Nam ut discernere tur adiunctum est.
sicut dilexi uos. ⁊ Vt quid enim nos
dilexit xps. nisi ut possimus regnare
cum xpo. ⁊ Ad hoc ergo & nos inuicem
diligamus ut dilectionem nostram
discernamus a ceteris. qui non ad hoc
se inuicem diligunt. qui a nec diligunt. ⁊
Qui autem se propter habendum dm
diligunt. ipsi se diligunt. ⁊ Ergo ut
se diligant. dm diligunt. ⁊ Non est
dilectio in hominibus omnibus. pauci
se propterea diligunt. ut sit ds omnia
in omnibus. ⁊ Plenitudinem dilec
tionis quam nos inuicem diligere
debemus fratres carissimi. definiuit

dñs dicens: Maiorē hac dilectio
nem nemo habet: Ut animam suā
ponat quis pro amicis suis. Quia
ergo superius dixerat: hoc est man
datum meum ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos: Quibus uerbis addi
dit quod nunc audistis: maiorem
hac dilectionem nemo habet: Ut ani
mam suam ponat quis pro amicis
suis. Fit ex hoc consequens quod
idem euangelista iohannes in epis
tula sua dicit. Ut quem admodū
pro nobis animam suam posuit: sic
et nos debeamus animas pro fratrib;
ponere. Diligentes utiq: inuicē
sicut ipse nos dilexit: qui pro nobis
animā suam posuit. Nimirū hoc
est quod legitur in prouerbiis salo
monis. Si sederis cenare ad mensā
potentis: Considerans intellege quæ
ad ponuntur tibi: Et sic mittere manū
tuam: sciens qm talia oportet te pre
parare. Nam quae mensa est po
tentis nisi unde sumit corpus et san
guis eius qui pro nobis posuit animam
suam. Et quid est ad eam sedere
nisi humiliter accedere; Et quid est
considerare: Et intellegere quae
ad ponunt tibi nisi digne tantam
gratiam cogitare. Et quid est
sic mittere manū ut scias quia talia
oportet te praeparare: nisi quod
iam dixi: Quia sicut pro nobis xps
animam suam posuit: sic et nos
debemus animas pro fratrib; ponere.
Sic enim ait etiam apostolus petrus.
Xps pro nobis passus est: relinquens
nobis exemplū: ut sequamur uestigia
eius. Hoc est talia praeparare: hoc
beati martires fervendi dilectione
fecerunt: Quorū si non manifes
memoriam celebramus: atque in con
uiuio quo et ipsi saturati sunt: ad
mensam dñi accedimus: Oportet
ut quem admodū ipsi talia ꝓparauerunt.
Ideoquippe ad ipsam mensam non sic
eos commemoramus: quem admodū
alios qui in pace requiescunt: ut
etiam pro eis oremus: sed magis pro
nobis: Ut eorū uestigiis haereamus.
Quia impleuerunt ipsi caritatē: quam dñs
dixit esse non posse maiorem. Talia
enim suis fratribus exhibuerunt: qua
lia de dñi mensa pariter acceperunt.
Neque hoc ita dictum sit: quasi prop
terea dño xpo pares esse possimus si
pro illo usque ad sanguinem marti
rium duxerimus. Ille potestatem
habuit ponendi animam suam: Et
iterum sumendi eam. Nos autē nec
quantum uolumus et morimur etiam
sinolimus. Ille moriens mox in se
occidit et mortē: Nos eius morte libe
ramur a morte. Illius caro non uidit
corruptionē: nostra post corrup
tionem in fine saeculi per illā induetur
incorruptionē. Ille nobis non indigu
it ut nos saluos faceret: Nos sine illo

nihil possumus facere. Ille se nobis
praebuit palmitibus uitem: nos habe
re preter illū non possumus uitam.
Diligamus ergo inuicem sicut et xps
dilexit nos et tradidit seipsum pro
nobis. Maiorem quippe hac dilec
tionē nemo habet quam ut animā
suā ponat quis pro amicis suis. Cum
que sic imitemur pia oboedientia
Ut eis nos comparare nulla praesuma
mus audacia. Cum dns ibi cōmen
daret caritatē quam exhibuit nobis
moriendo pro nobis atque dixisset
maiorē hac dilectionem nemo habet
Ut animam suā ponat quis pro ami
cis suis. Vos inquit amici mei estis
si feceritis quae ego praecipio uobis.
Magna dignatio cum seruus bonus es
se non possit nisi praecepta domini sui
fecerit: hinc amicos suos uoluit in
tellegi unde boni serui possunt pro
bari. Sed ut dixi ista dignatio est
ut dns quos nouit seruos suos diceret
amicos suos. Nam ut sciatis ad serui
officium pertinere praecepta sui
dni facere. alio loco seruos itaque
obiurgat dicens. Quid autē uoca
tis me dne dne et non facitis quae dico?
Cum ergo dicitis inquit dne: iussa fa
ciendo quid dicatis ostendite. Nonne
seruo oboedienti ipse dicturus est.
Euge serue bone quōm in pauca fuisti fide
lis super multa te constituam intra
in gaudium dni tui. Potest igitur
esse et seruus & amicus qui seruus est
bonus. Sed quod sequitur adtenda
mus. Iam non uos dico seruos quia
seruus nescit quid faciat dns eius.
Quomodo ergo intellecturi sumus et
seruum et amicum esse seruum bonū
cum dicat. Iam non dico uos seruos
quia seruus nescit quid faciat dns eius.
Ita nomen constituit amici ut auferat
serui. Non ut in uno utrumque ma
neat sed ut alterum altero decedente
succedat. Quid est hoc? Ita nec cum
praecepta dni fecerimus serui non
erimus? Ita ne tunc serui non erimus
quando boni serui fuerimus? Et
quis potest contradicere ueritati
quae ait. Iam non dicam uos seruos.
Et cur hoc dixerit docet. Quia seruus
inquit nescit quid faciat dns eius.
Numquid nam seruo suo bono et proba
to dns eius non etiam sua secreta com
mittat? Quid est ergo quod ait
seruus nescit quid faciat dns eius? Ue
rum est nescit quid faciat. Numquid
nescit etiam quid praecipiat? Nam si
hoc nescit quomodo seruit? Aut
quomodo seruus est qui non seruit?
Et tamen ipse dns loquitur. Vos amici
mei estis si feceritis quae ego praecipio
uobis. Iam non dico uos seruos.
O rem mirabilē cum seruire non possu
mus nisi praecepta dni fecerimus:
quomodo praecepta faciendo seru
i non erimus? Si seruus non ero

praecepta faciendo · et nisi praecepta
fecero seruire non potero · Ergo ser
uiendo seruus nonero · Intellega
mus fratres intellegamus · Et hoc
in nobis dnus faciat ut intellegamus ·
faciat etiam ut intellecta faciamus ·
Hoc autem si scimus · profecto scimus
quod facit dnus · quia nos ipsos tales
non facit nisi dnus · Et per hoc adeius
amicitiam peranemus · Sicut
enim duo sunt timores · qui faciunt
duo genera timentium · sic due sunt
seruitutes · quae faciunt duo ge
nera seruorum · Est timor
quem perfecta caritas foras
mittit · Et est alius timor castus
permanens in saeculum saeculi ·
Illum timorem qui non est in ca
ritate · adtendebat apostolus cum
dicebat · Non enim accepis
tis spm seruitutis iterum in timo
re · Illum autem timorem cas
tum · adtendebat cum dicebat ·
Noli altum sapere sed time · In illo
timore quem foras caritas mittit ·
Est etiam seruitus simul foras cum
ipso timore mittendus · Utrum
que enim iunxit apostolus · hoc est
et seruitutem et timorem dicendo ·
Non enim accepistis spm seruitutis
iterum in timore · Ad hanc seruitutem
peranentem intuebatur et dnus di
cens · Iam non dico uos seruos quia
seruus nescit quid faciat dnus eius ·

Non ille utique seruus ad timorem
peranens castum · cui dicitur · Euge
bone serue intra in gaudium domini
tui · sed ille seruus peranens ad timo
rem foras a caritate mittendus ·
De quo alibi dicit · Seruus non ma
net in domo in aeternum · filius au
tem manet in aeternum · Quo
niam itaque dedit nobis potestatem
filios dei fieri · ut non serui · sed filii
simus · Ut miro quodam et ineffa
bili · sed tamen uero modo serui
non serui esse possimus · Serui
scilicet timore casto · ad quem per
tinet seruus intrans in domini sui
gaudium · Non seruit autem timo
rem foras mittendo · ad quem per
tinet seruus non manens in domo in
aeternum · Ut autem tales serui
non serui simus · dnm facere scimus ·
Hoc seruus ille nescit · qui nescit · quid fa
ciat dnus eius · Et cum aliquid boni
facit · si extollitur · quasi hoc ipse
faciat · non dnus eius · Et gloriatur
in se non in dno gloriatur · Cum seipse
deceperit · quia sic gloriatur · quasi
non acceperit · Nos autem carissimi
ut amici dni esse possimus · quid dnus
noster faciat sciamus · Non solum
enim homines uerum etiam iustos
ipse facit nos · et non ipsi nos · Et ut
hoc sciamus · quis nisi ipse facit · Non
enim spiritum huius mundi accepimus ·
sed spiritum qui ex do est · Ut sciamus

quae a dō donata sunt nobis. A bip
so quicquid bonum est donatur. Ergo
quia et hoc bonum est. ab ipso utique
donatur. Ut sciatur a quo bonū omne
donetur. Ut omnino de omnibus bonis
qui gloriatur. in dnō glorietur.
Merito quaeritur quomodo accipi
endum sit quod ait dnis. Uos autem di
xi amicos. quia omnia quaecumq;
audiui a patre meo nota feci uobis.
Quis enim audeat adfirmare uel cre
dere. ullum hominem scire omnia
quaecumque a patre audiuit unigeni
tus filius. Quando nec hoc quidem
quisquam capit. quomodo audiat
a patre ullum uerbum. Cum ipse sit
patris unicum uerbum. Quicquid
aliquanto post in hoc ipso tamen
sermone quem post cenam ante
passionem ad discipulos habuit. mul
ta inquit habeo uobis dicere. sed non
potestis illa portare modo. Quo
igitur pacto intellecturi sumus om
nia eum nota fecisse discipulis quae
cumque audiuit a patre. Cum prop
ter ea quaedam multa non dicat
quia scit eos modo portare non posse.
Sed nimirū quod facturus est fecis
se sedicit. Quia ea quae futura sunt
fecit. Sicut enim ait propheta
foderunt manus meas et pedes meos
Nec ait fossuri sunt uelut praeterita
dicens. Et ea tamen futura praedi
cens. Ita et hoc loco ait omnia se
nota fecisse discipulis. quae se nouit nota
esse facturum. In illa plenitudine scien
tiae. de qua dicit apostolus. Cum au
tem uenerit quod perfectum est. quod
ex parte est euacuabitur. Ibi quippe
dicit. Nunc scio ex parte. Tunc autem
cognoscam sicut et ego cognitus sum. Et
nunc per speculum in enigmate. Tunc
autem facie ad faciem. Nam et ipse
apostolus saluos nos dicit factos per
lauacrum regenerationis. Qui tamen
alio loco spe inquit salui facti sumus.
Spes autem quae uidetur. non est spes.
Quod enim uidet quis. quid et sperat.
Si autem quod non uidemus speramus. per
patientiā expectamus. Unde etiam co
apostolus eius petrus. In quem modo in
quit non uidentes credtis. quem cum
uideritis exultabitis gaudio inenarra
bili et honorato. percipientes merce
dem fidei salutem animarum uestra
rum. Si ergo nunc tempus est fi
dei. salus autem animarum merces
est fidei. Quis dubitet in fide quae per
dilectionem operatur. per agendum
diem atque in fine fidei recipiendam
esse mercedem. Non solum redempti
onē corporis nostri de qua dicit apos
tolus paulus. uerum etiam salutem ani
marum nostrarum. de qua dicit apos
tolus petrus. Utriusque enim rei
felicitas. ifto tempore atque in ista
mortalitate. In spe potius habetur
quam in re tenetur. Uerum hoc

inter est quod exterior homo noster
id est corpus adhuc corrumpitur. In
terior autem id est anima iam renoua
tur de die in diem. Itaque sicut immor
talitatem carnis et salutem animarū
futurā expectamus quā uisi ā pignore
accepto salui esse facti dicamur. Ita
omnium nostrarum quaecumq; unige
nitus audiuit a patre futurā sperare de
bemus. quam uis iam se hoc fecisse dixe
rit xpus. Non uos me elegistis inquit.
sed ego elegi uos. Haec est illa ineffa
bilis gratia. Quid enim eramus
quando xpm nondum elegeramus.
Et ideo non diligebamus. Nam qui
non eum elegit quomodo diligit.
Quid ergo eramus nisi iniqui et perditi.
Neque enim iam credideramus in eum.
ut eligeret nos. Nam si iam credentes
elegit electos elegit. Cur ergo diceret
non uos me elegistis nisi quia misericor
dia eius praeuenit nos. Hic certe uacat
uana illorū ratio cinatio. qui prescientiā
dī defendunt contra gratiā dī. Et ideo
nos dicunt electos ante mundi constitu
tionē. quia prescitiit nos dī futuros bo
nos. Non seipsum nos facturū bonos.
Non hoc dicit qui dicit non uos me elegis
tis. Quoniā si propterea nos elegisset
quia bonos futuros esse praescierat. simul
etiam praescisset quod eū nos fuissemus
prius electuri. Quid ergo elegit in non
bonis. Non enim electi sunt quia boni
fuerunt. qui boni non essent nisi electi
essent. Alioquin gratia iam non est
gratia. si praecessisse contendimus merita.
Audi ingrate. Non uos me elegistis. sed ego
uos elegi. Non est ut dicas. ideo electus
sum quia iam credebam. Si enim cre
debas in eū. iam elegeras eum. Sed
audi non uos me elegistis. Quid ergo
dicturi sumus audiendo non uos me ele
gistis. nisi quia mali eramus. ut boni per
gratiā nos eligentis essemus. Et uide te
carissimi quemadmodū non eligat bonos.
sed quos elegit faciat bonos. Ego inquit
elegi uos et posui uos ut eatis et fructum
adferatis et fructus uester maneat. Non
ne iste est fructus de quo iā dixerat. sine me
nihil potestis facere. Elegit ergo et posuit
ut eamus et fructū adferamus. Nullū itaq;
fructū unde nos eligeret habebamus.
Vt eatis inquit et fructū adferatis. Ipse
ut adferamus. et ipse est uia qua imus. In
qua nos posuit ut eamus. Proinde in om
nibus misericordia eius praeuenit nos.
Et fructus inquit uester maneat. Ut quodcūq;
petieritis patrē in nomine meo det uobis.
Maneat ergo dilectio. Ipse est ergo fruc
tus noster. Quae dilectio nunc est inde
siderio. non dum in saturitate. Et ipso
desiderio. quodcumque petierimus
in nomine unigeniti filii dat nobis pater.
Quod autem accipere saluandis non
expedit nobis. Non existimemus nos
petere in nomine saluatoris. Sed
hoc petimus in nomine saluatoris.
quod pertinet ad rationem salutis.

ITEM IN NATAL VNIUS APOSTOLI.

LEC SCI EVA SEC IOHAN.

IN illo temp: Dixit ihs discipulis suis: Haec mando uobis ut diligatis inuicem. Et ret.

OMEL BEATI AUGUSTINI DE EAD LECTIONE

HAEC MANDO uobis ut diligatis inuicem: Ac per hoc intellegere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait. Ego uos elegi &eatis. &fructum adferatis &fructus uester maneat: Et quod adiunxit. ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo. d& uobis.

Tunc utique dabit nobis. si diligamus inuicem; Cum &hoc ipsum ipse dederit nobis. qui nos elegit non habentes fructum. quia non eum nos elegeramus. Et posuit nos ut fructum adferamus. hoc est inuicem diligamus. Quem fructum sine illo adferre non possumus. sicut palmites facere sine uite nihil possunt; Caritas ergo est fructus noster. quam definit apostolus de corde puro &conscientia bona &fide non ficta. Hac diligimus inuicem hac diligimus dm; Neq; enim uera dilectione diligeremus inuicem. nisi diligenter dm.

Diligit enim unusquisq; proximum tamquam se ipsum: si diligit dm. Nam si dm non diligit. nec ipsum diligit; In his autem caritatis duobus praeceptis. tota lex pend& &prophetae.

hic est fructus noster; De fructu itaque nobis mandans. haec mando inquit uobis ut diligatis inuicem. Adiecit atque ait.

Si mundus uos odit. scitote quia me priorem uobis odio habuit.

Cur ergo se membrum supra uerticem extollit. Securus es in corpore. si non uis odium mundi sustinere cum capite.

Si de mundo inquit estis: mundus quod suum erat diliger&.

Vniuersae hoc utique dicit ecclesiae. quamplerumque &iam ipsam mundi nomine appellat. sicut illud est. Deus erat in xpo mundum reconcilians sibi.

Totus ergo mundus ecclesia. &totus mundus odit ecclesiam.

Mundus igitur odit mundum. inimicus reconciliatum. damnatus saluatum. inquinatus mundatum.

Denique cum dixisset. si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diliger&. continuo subiecit

Recusas ee

Quia uero de mundo non estis sed
ego elegi uos de mundo · propter ea
odit uos mundus ; Ergo & ipsi in
de erant ; Vnde ut non essent · elec
ti sunt inde · non merti sui · quo
rum nulla bona praecesserant
opera · non natura quae tota fue
rat per liberum arbitrium in ip
sa radice uitiata · sed gratuita
hoc est uera gratia ; Qui enim
de mundo mundum elegit · fecit
quod eligere & · non inuenit ·

Memento te inquit sermonis mei
quem ego dixi uobis · non est ser
uus maior domino suo ; Si me
persecuti sunt · & uos persequentur ;
Si sermonem meum seruauerunt ·
& uestrum seruabunt ·

Dicendo autem non est seruus maior
domino suo · nonne euidenter
ostendit quemadmodum intelle
gere debeamus quod superius
dixerat · iam non dico uos seruos ·
Ecce enim seruos eos esse dicit · nam
quid est aliud · non est seruus ma
ior domino suo ; Si me persecuti
sunt · & uos persequentur ·

Manifestum est igitur illum seruum
qui non manet in domo in aeternum ·
illum pertinentem ad timorem
quem foras cartas mittit · esse in
tellegendum · ubi dictum est · iam non
dico uos seruos · Hic autem ubi
dicitur · non est seruus maior do
mino suo · si me persecuti sunt · & uos
persequentur · illum significari ser
uum · pertinentem ad timorem castum ·
qui permanet in saeculum saeculi ·

Hic enim seruus est auditurus ; euge
bone serue · intra in gaudium domi
ni tui · ; Sed haec omnia inquit fa
ciunt uobis propter nomen meum
quia nesciunt eum qui misit me ·

Quae omnia facient · nisi quae dixit ·
Odio habebunt scilicet · & sequentur
sermonem que contemnunt ·

Quo si sermonem non seruarent eorum
nec tamen odissent eos · neque per
sequerentur ; uel etiam si odissent
nec tamen persequerentur · non om
nia facerent · Haec autem
omnia facient uobis inquit prop
ter nomen meum · quid est aliud
dicere · quamuis uobis odio ha
bebunt · me uobis persequentur ;
& sermonem uerum · quia meus est
ideo non seruabunt · Haec enim
omnia facient uobis propter no
men meum ; non uestrum · sed meum ·

Quemodo ergo erit uerum · haec om
nia facient uobis propter nomen
meum · cum illi non propter nomen
xpi faciant · id est propter iustitiam ·
sed propter iniquitatem suam ·

Haec quaestio ita soluitur · si eo mo
do intellegamur dictum · haec om
nia facient uobis propter nomen
meum · ut totum referatur ad iustos ·

Tantum (quam) dictum sit · haec omnia pa
tiemini abeis propter nomen me
um · ut hoc sit facient uobis · quod
est patiemini abeis · ⁊ Item quaeri
potest si etiam mali faciunt perse
cutionem malis · sicut impii reges
& iudices cum essent persecutores
piorum · utique & homicidas · & ad
ulteros · & quoscumque maleficos ·
quos contra leges publicas fecisse
cognoscerent · puniebant · quomodo
intellegendum est · quod ait dnus ·
si de mundo essetis · mundus quod su
um erat diliger & · ⁊ Neque enim
quos punit diligit mundus · a quo ui
demus supra dicta scelerum genera
plerumque puniri · ⁊ Nisi quia mun
dus est inimicis aquibus talia scelera pu
niuntur · mundus & inimicis aquibus
talia scelera diliguntur · ⁊
Mundus itaque ille qui intellegitur
in malis atque impius · & odit quod
suum est · ex ea parte hominum qua
sceleratis nocet · & diligit quod suum
est ex parte hominum quae isdem
ipsis consceleratis fauet · ⁊ Ergo
haec omnia facient uobis propter
nomen meum · uel ita dictum est prop
ter quod uos patimini · uel ita prop
ter quod ipsi faciunt · ⁊ Quia hoc
nuobis dum persecuntur oderunt · ⁊
Et addit · quia nesciunt eum qui me
misit · ⁊ Hoc secundum eam scienti
am dictum intellegendum est · de
qua & alibi scriptum est · ⁊ Scire au
tem te · sensus est consummatus · ⁊
Hac quippe scientia · qui sciunt pa
trem a quo missus est xpus · nullo
modo persecuntur eos quos colligit
xpus · quia & ipsi cum eis colliguntur
a xpo · ⁊ Si non uenissem & locutus
eis fuissem · peccatum non haberent · ⁊
Iudaeos ostendit expressius · debis
enim dicit · ⁊ Si non uenissem & locu
tus fuissem eis · peccatum non habe
rent · ⁊ O equibus dicebat · ⁊
Si me persecuti sunt · & uos persequen
tur · ⁊ Si sermonem meum seruauie
runt · & uestrum seruabunt · ⁊
Sed haec omnia facient uobis prop
ter nomen meum · quia nesciunt
eum qui misit me · ⁊ His enim uer
bis & ista subiungit · ⁊ Si non uenis
sem & locutus fuissem eis · pecca
tum non haberent · ⁊ Iudaei ergo
persecuti sunt xpm · quod euidentis
sime indicat euangelium · ⁊
Iudaeis locutus est xpus · non aliis gen
tibus · ⁊ Iudaeos ergo uolunt intellegi
mundum · qui odit xpm & discipu
los eius · immo uero · non his solis · sed
hos quoque ad eundem mundum per
tinere monstrauit · ⁊ Quid est ergo
si non uenissem peccatum non haberent ·
num quid sine peccato erant iudei ·
ante quam xpus ad eos in carne ue
nisset · quis hoc uel stultissimus dixerit · ⁊
Sed magnum quoddam peccatum

non omne peccatum quasi subgene
rali nomine uult intellegi · hoc est
enim peccatum · quo tenentur cunc
ta peccata ·⁊ Quodunus quisque
si non habeat · dimittuntur ei cuncta
peccata ·⁊ Hoc est autem quod non
crediderunt in xp̃m · qui propter ea
uenit ut credatur in eum ·⁊
Hoc peccatum si non uenisset · non
utique haberent ·⁊ Aduentus
quippe eius quantum credentibus
salutaris · tantum non credentibus
gertiabilis factus est ·⁊ Sed adiunxit
atque ait · nunc autem excusatio
nem non habent de peccato suo · po
test mouere quaerentes · utrum hi
ad quos non uenit xp̃s · nec locutus
est eis · habeant excusationem de pec
cato suo ·⁊ Si enim non habent cur
id dictum est propter ea istos non
habere quia uenit · & locutus est eis ·
si habent autem · utrum ad hoc habe
ant ut poenis alienentur · an ut mi
tius puniantur ·⁊ Ad haec inqui
sita · pro meo captu dño · donante
respondeo ··⁊ Habere illos excusati
onem non de omni peccato suo · sed
hoc peccato quod in xp̃m non credi
derunt · ad quos non uenit · & qui
bus non est locutus ··⁊ Sed non in
eos sunt numero ad quos in discipu
lis uenit · & quibus per discipulos est
locutus ··⁊ Quod & nunc facit ··⁊
Nam per ecclesiam suam uenit ad
gentes · & per ecclesiam suam loqui
tur gentibus ··⁊ Ad hoc enim per
tinet quod ait · quiuos recipit ·
me recipit · & quiuos spernit · me
spernit ··⁊ Qui me odit · & patrem
meum odit ··⁊ Qui superius dixerat
haec facient uobis · quia nesciunt
eum qui misit me · Non itaque
dissimulanda nascitur quaestio ·
quomodo possint odisse quem ne
sciunt ··⁊ Si enim dm̃ non quod est
ipse · sed nescio quid aliud eum sus
picantur · aut credunt · & hoc ode
runt · utique non ipsum oderunt ·
sed quod sua mendaci suspicione
uel uana credulitate concipiunt ··⁊
Si autem quod est · hoc de illo sentiunt ·
quomodo eum nescire dicuntur ··⁊
Et de hominibus quidem fieri potest ·
ut eos saepe quos numquam uidi
mus diligamus ··⁊ Ac per hoc nec
illud contrario impossibile est · ut eos
quos numquam uidimus oderimus ··⁊
Fama quippe de aliquo sermocinan
te seu bene seu male fit · non inme
rito · ut amemus uel oderimus ig
notum ··⁊ Sed si fama sit uera ·
quomodo est de quo uera didicimus
dicendus ignotus ?⁊ An quia eius
faciem non uidimus ? quam cum & ip
se non uideat · nulli tamen potest
notior esse quam sibi ··⁊
Non igitur meius facie corporali nobis
intimatur cuiusque notitia · sed

tunc nobis adcognitionem pa
tet · quando eius mores & uita
non latet ·· Alioquin nec se
ipsum nosse quisquam potest ·
qui uidere faciem suam non po
test ·· Sed utique tanto cer
tius quam notius est alius ipse se
nouit · quanto certius interi
ore conspectu potest uidere
quod sapit · uidere quod cupit ·
uidere quod uiuit ·· Proinde
sicut fieri potest · ut homo bo
nus hominem bonum oderit
nesciens · uel potius diligat ne
sciens · Ipsum enim diligit
cum bonum diligit · quia id
quod est ille · hoc iste diligit ·
Oderit autem nesciens · non ip
sum sed quod putat esse ipsum ·
Ita fieri potest · ut & iam homo
iniustus · hominem oderit iustū ·
& tamen dum eum credit iniustū
diligat non ipsum · sed quod pu
tat esse ipsum ·· Quem admo
dum autem hominem sic & dm̄ ··
Denique si interrogarentur iu
daei utrum diligerent dm̄ ·
quid se aliud quam diligere re
sponderent? nec ex animo men
tientes · sed errando potius opi
nantes ·· Quomodo enim dilige
rent patrem ueritatis · qui habe
rent odio ueritatem? ··
Nolunt enim sua facta damnari ·
et hoc habet ueritas · ut alia
facta damnentur ··
Tantum igitur oderunt uerita
tem · quantum oderunt suas
poenas · quas talibus inrogat
ueritas ·· Nesciunt autem
illam esse ueritatem · quae ta
les quales ipsi sunt damnat ··
Oderunt ergo quam nesciunt ·
& cum illam oderunt · profecto
& eum de quo nata est · nisi odis
se non possunt ·· Ac per hoc
quia ueritatem qua iudicante
damnantur de patre donatum
nesciunt · utique etiam ipsum
& nesciunt & oderunt ··
Si opera non fecissem inter quae ne
mo alius fecit peccatum non habe
rent ·· Peccatum illud scilicet
magnum de quo & superius ait ··
Si non uenissem & locutus eis fuis
sem · peccatum non haberent ··
Hoc est peccatum quo in eum loquen
tem & operantem non crediderunt ··
Sed quid est quod cum dixisset · si o
pera non fecissem inter mox ad
dit · quae nemo alius fecit ··
Nulla quippe in operibus xpi ui
dentur esse maiora quam suscita
tio mortuorum ·· Quod scimus
etiam antiquos fecisse prophetas ··
Fecit enim helias · fecit heliseus ·
& cum in hac carne uiuer & · &
cum in alio monumento sepultus

iaceret ·· Nam quidam postan
tes mortuum cum inruentibus
hostibus eo refugissent · eumque
ibi posuissent · continuo resurrexit ··
Fecit tamen aliqua xps quae ne
mo alius fecit ·· Quod quinq;
milia hominum · de quinque
& quattuor milia de septem pa
nibus pauit ·· Quod super a
quas ambulauit · & petro ut hoc
facer & praestitit ·· Quod a
quam mutauit in uinum · quod
aperuit oculos cecinati · & alia
multa quae commemorare lon
gum est ·· Sed respondetur no
bis · & alios fecisse quae ipse non
fecit · & quae nemo alius fecit ··
Quis enim nisi moyses aegyptios
plagis tot tantisq; percussit · di
uiso mari populum duxit · & man
na de caelo esurientibus impetra
uit · aquam de petra sitientibus
fudit · Quis nisi ihū in aue popu
lo transituro iordanis fluenta di
uisit · & currentem solem emis
sam addnm orationem frenauit ··
Quis praeter samson propter suam
sitim maxilla mortui asini exun
dante satiatus est · quis praeter
heliam curru igneo in alta sub
uectus est · Quis praeter heli
seum quod paulo ante commemo
rati sepulto suo cadauere · alte
rius sed reddidit uitae ··

Quis praeter danihelem inter ora in
clusorum secum leonum esurien
tium · uixit innocuus · Quis pre
ter tres uiros · Ananiam · Azariam
Misahelem · in flammis ardentib.
& non urentibus de ambulauit in
lesus · Praeter eo cetera · quo
haec satis esse arbitror · quibus de
monstretur · & alios scos quaedam
opera miranda fecisse quae nemo ·
alius fecit · Sed quitam multa
uitia & malas ualetudines uersa
tionesque mortalium tanta po
testate sanaret · nullus omnino
legitur antiquorum · Vt enim
taceantur quod uiuendo sicut oc
currebant saluos singulos fecit ·
marcus euangelista quodam loco ait ··
Vespera autem facta cum occidisset
sol · adferebant ad eum omnes male
habentes · & daemonia habentes ·
& erat omnis ciuitas congregata ad
ianuam & curauit multos quiuexa
bantur uariis languoribus & dae
monia multa eiciebat ··
Id autem cum commemorasset ma
theus etiam testimonium prophe
ticum addidit dicens · Vt adim
plere tur quod dictum est per esai
am prophetam dicentem ··
Ipse infirmitates nostras accepit · &
egrotationes portauit ·· Item alio
loco dicit marcus ·· Et quocumq;
introiebat in uicos uel in uillas

aut in ciuitate. in plateis pone
bant infirmos. & deprecabantur
eum ut uel fimbriam uestimenti
eius tangerent. ⁊ Et quotquot
tangebant eum salui fiant. ⁊
Haec nemo alius fecit in eis. ⁊
Sic enim est intellegendum quod
ait in eis. non inter eos uel coram
eis. sed prorsus in eis quia sanauit
eos. ⁊ Haec quippe intellegi uo
luit quae non solum facerent
admirationem. uerum etiam ma
nifestam conferrent salutem. ⁊
Pro quibus beneficiis utiq; amorem
non odium retribuere debuerunt. ⁊
Omnia quippe ceterorum miracula
superat quod est natus ex uirgine.
matris q; integritatem solus potuit
nec conceptus uiolare nec natus. ⁊
Sed hoc nec coram eis factum est nec
in eis. ⁊ Ad cognoscendam quippe
huius miraculi uertitatem. non
communi cum eis aspectu. sed dis
creto a beis discipulatu. apostoli
peruenerunt. ⁊ Iam uero illud
quod die tertio in carne. in qua
occisus fuerat de sepulchro se red
didit uiuum. & numquam deinde
moriturus cum illa ascendit in
caelum. superat & iam cuncta que
fecit. ⁊ Sed neque hoc factum est
in iudaeis neque coram eis. ⁊
Et dum non hoc fecerat. quando dice
bat. si opera non fecissem in eis que

nemo alius fecit. nimirum ergo
illa sunt quae in eorum ualetudinib;
tanta miracula salutis ostendit.
quanta illis antea nemo donauit. ⁊
Haec enim uiderunt & hoc eis expro
bans adiungit & dicit. ⁊ Nunc
autem & uiderunt & oderunt.
& me & patrem meum. ⁊
Sed ut impleatur sermo qui in lege
eorum scriptum est. quia odio me
habuerunt gratis. ⁊ Eorum legem
dicit. non ab ipsis inuentam. sed
ipsis datam. sicut dicimus. panem
nr̃m cotidianum. quem tamen
ad o̅ petimus addendo. da nobis.
Gratis autem odit qui nullum ex o
dio commodum quaerit. uel in com
modum fugit. ⁊ Sic oderunt dm
impii. sic diligunt iusti. hoc est
gratis. ut alia preter illum non
expectent bona quo ipse erit in
omnibus omnia. ⁊ Quisquis uero
altius adtenderit xp̃m dicentem.
si opera non fecissem in eis que nemo
alius fecit. inueniet ipsum fecisse.
si quando quispiam d̃i homo tale
aliquid fecit. ⁊ Potest quippe ipse
cuncta per seipsum. nemo autem
potest aliquid sine ipso. ⁊ Xp̃s nam q;
cum patre & sp̃u sc̃o non sunt tres
dii sed unus d̃s. de quo scriptum est. ⁊
Benedictus d̃n̄s d̃ns israhel. qui facit
mirabilia solus. ⁊ Nemo ergo alius
fecit quae cum q; in eis opera fecit.

quo quisquis alius homo · aliquid
eorum fecit · ipso faciente fecit ·
haec autem ipse · non illis facientibus fecit ·

IN NATIVITATE SCI IOHANNIS

LEC SCI IOHA SEC MATHEUM ·

In illo temp · Dixit ihs discipulis suis
parabolam hanc · Homo quidam
peregre proficiscens uocauit ser
uos suos & tradidit illis bona
sua · Et reliqua ·

Fcliii

OMIL BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIONE ·

Lectio · sci · euangelii
fratres kmi · sollicite considerare
nos a mon & · nenos quiplus ceteris
in hoc mundo accepisse ali
quid cernimur · a beato
re mundi grauius inde iudicemur ·
Cum enim augentur dona · rationes
& iam crescunt donorum ·
Tanto ergo esse humilior atque ad
seruiendum promptior quisque de
b& exmunere · quanto se obligatio
rem esse conspicit in reddenda ra
tione · Ecce homo qui peregre
proficiscitur seruos suos uocat eisq·
ad negotium talenta partitur ·
Post multum uero temporis positu
rus rationem reuertitur · bene
operantes pro adportato lucro
remunerat · seruum uero a bono
opere torpentem damnat ·
Quis itaque iste homo est qui pere
gre proficitur · nisi redemptor nos
ter · qui in ea carne quam adsump
serat abiit in caelum · Carnis
& iam locus propri e terra est ·
Quae quasi ad peregrina ducitur · dum
per redemptorem nrm in caelo
collocatur · Sed homo iste peregre
proficiscens seruis bona sua tradidit ·
quia fidelibus suis spitalia dona
concessit · Et uni quidem quinq·
talenta · Alii uero duo · Alii uero com
misit unum · Quinque & enim sunt
corporis sensus · Videlic& · uisus ·
auditus · gustus · odoratus · & tactus ·
Quinq· igitur talentis donum quinq·
sensuum · id est exteriorum scientia
exprimitur · Duobus uero intellec
tus · & operatio designatur ·
Vnius autem talenti nomine · intel
lectus tantum modo designatur ·
Sed is qui quinque talenta accepe
rat · alia quinque lucratus est ·
Qui a sunt nonnulli · qui & si interna
ac mistica penetrare nesciunt ·
pro intentione tamen superne pa
triae · docent recta quos possunt
de ipsis exteriorib; quae acceperunt ·
Dumque se a carnis petulantia ·
a terrenarum rerum ambitu · atq·
auisibilium uoluptate custodiunt ·
ab his & iam alios ammonendo con
pescunt · Et sunt nonnulli · qui
quasi duobus talentis ditati · intel
lectum atque operationem percipi

unt · subtilia de interni intelle
gunt · mira de exterioribus ope
rantur ·· Cumque intellegen
do & operando alius praedicant ·
quasi duplicatum de negotio lu
crum reportant ·· Bene autem
alia quinque · uel alia duo in lu
crum uenisse refertur; quia dū
utrique sexui praedicatio impen
ditur · quasi accepta talenta
geminantur ·· Sed is qui unum
talentum acceperat · abiens fo
dit in terra · & abscondit pecu
niam domini sui ·· Talentum
in terra abscondere est · accep
tum ingenium · in terrenis actib.
implicare ·· Lucrum spiritale
non querere · cor a terrenis co
gitationibus numquam leuare ··
Sunt namque nonnulli qui donū
intellegentiae perceperunt ·
sed tamen sola quae carnis sunt
sapiunt ·· De quibus per pro
phetam dicitur ·· Sapientes sunt
ut faciant mala · bene autem fa
cere nesciunt ·· Sed dominus qui
talenta contulit · rationem posi
turus redit · quia is qui nunc pie
spiritalia dona tribuit · districte
in iudicio merita exquirit ··
Quid quisque accepit considerat · &
quod lucrum de acceptis reposset
pensat ·· Seruus qui geminata
talenta retulit · a domino laudatur.

atq; ad & ernam remunerationem
intro mittitur; Cum eiuoce do
minica dicitur ·· Euge serue bone
& fidelis · quia supra pauca fuisti
fidelis · supra multa te constituam ·
intra in gaudium domini tui ··
Pauca quippe sunt bona omnia pre
sentis uitae · quamlib& multa ui
deantur ·· Sed tunc fidelis seruus
supra multa constituitur · quando
deuincta omni corruptionis moles
tia de aeternis gaudiis in illa cae
lesti sede gloriatur ·· Tunc ad dn̄i
sui gaudium perfecte intro mittitur
quando in aeterna illa patria ad
sumptus · atque angelorum coeti
bus admixtus · sic in eius gaud&
de munere · ut non sit iam quod ex
terius doleat de corruptione ··
Seruus autem qui operari de ta
lento noluit · ad dn̄m cum uer
bis & cusationis redit dicens ··
Domine · scio quia homo durus es
metis ubi non seminasti · & conge
gas ubi non sparsisti · & timens abi
& abscondi talentum tuum in
terra · ecce habes quod tuum est ··
Notandum quod inutilis seruus durū
dominum uocat · cui tamen ad
lucrum deseruire dissimulat ··
Et timuisse se dicit in lucro talen
tum expendere · qui hoc solum
timere debuerat · ne hoc sine
lucro ad dn̄m reportar& ··

Sunt enim plerique in ecclesia quorum iste seruus imaginem tenet. qui melioris uitae uias aggredi metuunt. & tamen iacere in sui torporis ignauia non pertimescunt.

Cumque se peccatores considerant. sectatis uias arripere trepidant. & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Quorum bene petrus adhuc in infirmitate positus speciem tenet. cum uiso miraculo piscium dixit. Exi a me dne quia peccator homo sum.

Immo sic peccatorem considerat oportet & utate dnm non repellat.

Sed qui de circo melioris habitus uias & rectioris uitae adprehendere arcem nolunt. quia infirmos esse se conspiciunt. quasi peccatores se fatentur. & dnm repellunt. eumque in quo sciificari debuerant fugiunt. Et uelut in perturbatione consilium non habentes dum moriuntur & uitam timent.

Vnde & huic seruo protinus respondetur. Serue male & piger. sciebas quia meto ubi non semino. & congrego ubi non spargo. oportuit ergo te dare pecuniam meam nummolariis. & ego uenien. recepissem utique quod meum est cum usura. Ex uerbis suis seruus constringitur cum dns dicit.

Meto ubi non semino. & congrego ubi non sparsi. Acsi aperte dicat. Si iuxta tuam sententiam. & illud exquiro quod a te rogandum non dedi. quanto magis ate exquiro. quod a te rogandum dedi.

Oportuit ergo te dare pecuniam meam nummolariis. & ego uenien. recepissem utique quod meum est cum usura. Pecuniam uero nummolariis dare est. eis sententiam praedicationis impendere qui hanc ualeant & dictis & operib. exercere. Sed sicut nrm periculum aspicitis si dominicam pecuniam teneamus. ita urm fratres km. sollicite pensate. quia cum usuris a uobis exigitur quod a uobis audistis.

In usura quippe pecunia & iam non data recipitur. Cum enim hoc redditur quod acceptum fuerat. & iam illud super impenditur. quod acceptum non est. Pensate ergo fratres km. quia de accepta hac uerbi pecunia usuram soluitis. & curate ut ex eo quod audistis. & iam alia studeatis intellegere quae non audistis. Quatenus alia ex aliis colligentes. & iam illa discatis ex uobis met ipsis agere. quae nec dum ex praedicatoris ore didicistis.

Pigrum uero seruum quasi sententia ferat audiamus. Tollite a eo talentum. & date ei qui habet decem talenta. Oportunum ualde

uidebatur. utrum a malo seruo
unum talentum tollitur. ei poti
us qui duo quam qui quinq; talen
ta acceperat daretur. Illi enim
dari debuit qui minus. quam qui
plus habuit. Sed sicut superius
diximus. per quinque talenta.
quinque uidelicet sensus. id est ex
teriorum scientia designatur.
Per duo autem intellectus & opera
tio exprimitur. Plus enim habu
it qui duo quam qui quinq; talenta
perceperat. quia qui per talenta
quinque exteriorum administra
tionem meruit. ab intellectu inter
norum adhuc uacuus fuit.
Vnum ergo talentum quod intellec
tum significare diximus. illi dari
debuit qui bene exteriora quae ac
ceperat ministrauit. Quod cotidie
in sca ecclesia cernimus. quia
plerique dum bene ministrant ex
teriora quae accipiunt. per adiunc
tam gratiam. ad intellectum quoq;
mysticum perducuntur. ut & iam
de interna intellegentia polleant.
qui exteriora fideliter administrant.
Generalis & iam mox sententia sub
ditur. qua dicitur. Omni enim ha
benti dabitur & abundabit. et aut
qui non hab& & quod uidetur habere
auferetur abeo. Habenti autem
dabitur & abundabit. quia quis
quis caritatem hab& & iam dona alia
percipit. Quisquis caritatem
non hab& etiam dona quae perce
pisse uidebatur amittit. Vnde
necesse est fratres mei ut per omne
quod agitis. erga caritatis custodi
am uigletis. Caritas autem ue
ra est & amicum diligere in dō. & ini
micum propter dm̄. Quam quis
quis non hab& omne bonum amit
tit quod habet. Talento quod ac
ceperat priuatur. & iuxta domini
cam sententiam in exteriores tene
bras mittetur. Per poenam quip
pe in exteriores cadit. qui per cul
pam suam sponte in interiores tene
bras cecidit. Et illic coactus pa
titur. tenebras ultionis. qui hic li
benter sustinuit tenebras uolup
tatis. Sciendum uero est quod
nullus piger. ab hac talenti accep
tione securus est. Nullus namq;
est qui ueraciter dicat. talentum
minime accepi. non est unde ponere
rationem cogar. Talenti enim
nomine cuilibet pauperi & iam hoc
ipsum reputabitur. quod uel mini
mum accepit. Alius intellegentiam
accepit. praedicationis ministerium
debet ex talento. Alius terrenam
substantiam accepit. erogationem
talenti debet ex rebus. Alius nec
internorum intellegentiam. nec re
rum affluentiam accepit. sed ta
men didicit. aliem quapascitur.

ipsa arsei in talenti acceptione
reputabitur ⁊ Aliis horum ni
hil assecuturest · sed tamen for
tasse familiaritatis locum apud
diuitem meruit · talentum pro
fecto familiaritatis accepit ⁊
Si ergo nihil ei proindigentibus
loquitur · pro talenti ratione
damnatur ⁊ Habens igitur
intellectum · cur & omnino nec
ceat ⁊ Habens rerum affluenti
am · uigil & ne a misericordiae
largitate torpescat ⁊ Habens
autem quare egitur · magnopere
studeat usum atq; utilitatem
illius cum proximo partiatur ⁊
Habens loquendi locum apud di
uitem · damnationem pro recen
to talento timeat · sicut uale
non apud eum pro pauperibus in
tercedit ⁊ Tantum quippe ab
uno quoque nrm uenturus iu
dex exigit · quantum dedit ⁊
Vt ergo de talenti sui rationibus
redeunte dno quisque securus sit ·
cum tremore pensi & cotidie
quod accepit ⁊ Ecce nam que
iam iuxta est utille qui peregre
profectus est redeat ⁊ Peregre
quippe abiit · qui de hac terra
inqu natus est · longe discessit ⁊
Sed profecto reuestitur · ut de ta
lentis rationes ponat · quia si
a bona actione torpescimus · de

ipsis donis quae contulit nos distric
tius iudicat ⁊ Consideremus
ergo quae accepimus atq; in eorum
erogatione uigilemus ⁊ Nulla
nos a spiritali opere terrena cura
impediat · ne si interra talentum
absconditur · talenti dni ad ira
cundiam prouocetur ⁊ Piger
enim seruus cum iam iudex cul
pas examinat · talentum de terra
leuat ⁊ Quia sunt plerique qui
tunc se a terrenis operibus sub
trahunt · quando iam per anim
aduersionem iudicis · ad aeter
num supplicium trahuntur ⁊
Ante ergo de talenti nri ponenda
ratione uigilemus · ut cum iam
iudex adferiendum in min & lu
crum nos quod fecimus excusset ⁊

ITEM SERMO BEATI MAXIMI EPI · QUI BENE CONGRUIT IN FESTIUITATE BEATI HILARII · SIUE ETIA PAULINI TREUERENSIS · NEC NON ETIA SEBII EPISCOPORU · CORUM PATRUM

Sancorum patrum memoriae religiosis con
uentibus honoranter fra
tres kmi · & propria eorum
merita · & munera in eis
diuina ueneramur ⁊ Quid circo
nobissunt uenerabiles · quia prae
sentis uitae luce despecta · con
temptoque suorum corporum

cruciatu · saeuientem mundum
di probonore uicerunt ··
Sicut beatissimus hic pater noster
dum pro adsertione indisputabi
lis dictatis spū feruentiore con
surgens arrianis impietatibus
obluctatur · & ecclesias di concer
tantium hereticorum procellis
ac turbinibus perturbatas serene
fidei tranquillitate pacauit ·
& sibi eterna premia multi
moda passione quaesiuit ··
Illius nimirum inconcussa sequens
uestigia adquem dns ait ··
Tu es petrus & super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam · &
porte inferi non preualebunt ei ··
Vere ac merito cunctis potestatib;
honorandus · ille qui firmissime
petre soliditatem secutus · inimi
cos xpi · & caelestis spis auctoritate
confudit · & infatigate patientiae
fostitudine triumphauit ··
Nec inferni sicut dictum est aduer
sus eum porta praeualuit · qui sibi
portae eternalis ingressum regem
gloriae confessus aperuit ; Aut
quomodo ei non pater & porta illa
uitalis qui plenitudine euangeli
cae lectionis edoctus in patre fili
oque eius inscrutabile unice ma
iestatis asseruit sacramentum ·
edocens & ostendens quae est & in
uno eodemque di filio · & susceptae car
nis ratio · & naturalis priuilegium
dictatis ·· Sciebat profecto salua
torem dixisse · ego & pater unum
sumus · & qui me uidit · uidit & pa
trem ·· Haec illum confessio &
honorabilem terris · & caelo reddit
gloriosum ·· Sed necessarium
nunc esse reor · ut occasione beati
huius patris quem in tantam glo
riam catholicarum ecclesiarum
fides indeclinabiliter abeo seruata
prouexit · nos quoque propitio
largiente dō salutaribus doctrinę
dominicae testimoniis imbuamur ··
Ait ergo dns ·· Ego & pater unum
sumus ·· Qui dicit sumus · soli ta
rius non est ·· Qui dicit unum su
mus · utique abeo cum quo unum est ·
non potest esse diuisus ·· Quid mi
hi nunc heretice · in patre & eius
filio diuersitatem conaris adstrue
re cum filius substantiae suae nos
edocens ueritatem dixerit · ego &
pater unum sumus ·· Qui & unum
dicit · & sumus · nec separatione se
diuisit · nec unione confudit ··
Qui unum cum patre est · nec perpe
tuitate a patre differt · nec uirtute
discordat ·· Cum que sit cum pa
tre unum · de patre tamen natus
adsertitur ·· Neut impius blas
phemat arrius · aut creatura quae
cumque filius · aut patri impar
esse credatur ·· Audis ergo o homo

dm dedō natum · sed intantum hoc
profundo haber quod fide credas:
non haber quod discutias argumen
tis ·⁊ Audis filium de patre natū ·
sed ne sexum aliquem possis indiui
nitate rimari · ipse filius & uer
bum dicitur & lumen ·⁊ Dicitur
& iam dī uirtus · & dī sapientia · ut
aduertas non quasi per liniamen
ta filium · corporaliter creasse pa
trem · sed per ineffabile maiestatis
secretum · de uirtute prodisse uir
tutem · & lumen manasse de lumine ·
Rursus ne uerbum ipsum non substan
tiam uertatis · sed prolatiuum
loquentis dī putares esse sermonem ·
dicitur filius · ut ineo illius qui pa
ter est · & consonantiam esse discares
& affectum ·⁊ Iterum qua lumen
dicitur · ne forte eum uelut radium
solis · aut splendorem lucernae
alieno putares lucere fulgore ·
ait de ipso beatus euangelista io
hannes · cui arcanum dī & uidere
& reuelare concessum est dicens ·⁊
Erat lumen uerum ·⁊ Verum lumen
ait · ut scias illum non cuius cumq;
creaturalis deficientisque luminis
esse fulgorem · sed aueta luce ueri
tatem esse quod lumen est ·⁊
Intantum autem uerum lumen ·
ut non solum non egeat inluminari ·
sed inluminandi habeat potestatem ·⁊
Inluminat enim ut legitur omnem
hominem uenientem in hunc mundū ·⁊
Ait ergo xpus ut dictum est · qui me ui
dit uidit & patrem ·⁊ Quia me in
quit uidit uidit & patrem ·⁊
Quomodo non duo & unum sunt · cum
alter uideatur in altero · & unum ui
disse · sit utriusque cognitio ·⁊
Et reuera fratres sicut uidere filium
uidere est patrem · ita intellecto patre ·
intellegitur & filius ·⁊ Nam qui pa
trem credit & confitetur aeternum ·
credat necesse est & filium coaeternum ·⁊
Sed iam uideamus qui sit et esse aspectus in
filio quo pariter uideri asseritur &
pater ·⁊ Vid& sine dubio in filio pa
trem · qui credit filium secundum
incogitabilem dītatis naturam ·
ineffabiliter natum esse de patre ·
nec posse aliud hunc esse qui natus est ·
quam est ille qui genuit ·⁊ Videt in
xpo patrem qui opera xpi non ex
traneae possibilitatis sed paternae
credit esse uirtutis ·⁊ Vid& in filio
patrem · qui intendit illum sub com
munione paterni nominis · non inge
nio sae astis industria · sed simplicis
potestate praecepti · aquas in uma
uertentem · creaturarum mutare
naturas · ubertate & iam benedictio
nis suae exesum panem · fecundis esu
rientum morsib; augmentantem ·⁊
Multiplicando namque escas in ore
mandentium · & panes reformando
demicis · fecit pene non esse mirabile

quodmanna fluxit e caelo ⁊

Quis non aduertat in xpo paternae aequalitatis opus. cum uideat eum auctoritate dominantis terrere demonas fugare languores. oculos dare homini nec dum figuratos in homine ⁊ Cuius &iam uestimenti fimbrias occulto aditu mulier aegrota tangendo uelut fustitiam subripuit sanitatem. sed tam quam uere dr quem nullum humanorum pectorum poterat latere secretum. &egressam de se mox prodidit medicinam. &circumstantib; turbis credentis femine meritum publicauit ⁊ Vid& in filio maiestatem paternam. quia spicit. xpm non impetrantis gratia. sed iubentis imperio. &paternae uoluntatis adsensu. aut de lectulis suis mostuos. aut de tumulis suscitantem ⁊

Si diuinae est operationis creasse hominem. eique dedisse uitam. quomodo non diuini est operis salutem reddidisse defuncto ⁊

Qui uidit inquit me uidit &patrem ⁊

